<§ 8> Per quam partem uero ad logicam presentis operis scientia tendat, statim dinoscitur si prius logice partes diligenter dilexerimus³⁸. Sunt autem duæ³⁹ — auctore⁴⁰ Tullio⁴¹ et Boecio⁴² — que logicam componunt, scientia scilicet inueniendi argumenta et diiudicandi, hoc est confirmandi et comprobandi, ipsa inuenta. Duo enim necessaria sunt argu-

argumente, d'abord qu'il découvre les arguments par lesquels il argumente, ensuite si quelqu'un les critique en tant que vicieux ou bien de pas assez fermes, qu'il sache les confirmer. D'où Cicéron dit que la découverte est naturellement antérieure. Or c'est à l'une et l'autre partie de la logique, mais surtout à la découverte, que se rapporte la science <de l'ouvrage de Porphyre> : aussi est-elle une certaine partie de la science de découvrir. Comment en effet un argument peut-il être tiré du genre ou bien de l'espèce comme des <trois> autres <éléments>, sauf une fois connus les <points> qui sont ici traités ? D'où Aristote lui-même introduit les définitions de ces <éléments> dans ses *Topiques*, quand il traite de leurs lieux, comme aussi Cicéron dans ses <*Topiques*>. Mais puisqu'un argument est confirmé à partir des mêmes <choses> à partir desquelles il est découvert, cette science n'est pas étrangère au jugement. Tout comme en effet l'argument est tiré de la nature du genre ou bien de l'espèce, ainsi à partir de la même <nature> est confirmé <l'argument> extrait. Car considérant en l'homme, quant au <genre> animal, la nature de l'espèce <humaine>, à partir de cette <nature> même je découvre aussitôt un argument pour prouver <que l'homme est un> animal. Que si quelqu'un critique, je montre aussitôt <que> l'argument lui-même <est> idoine <en> assignant dans les mêmes <choses> la nature de l'espèce ou bien du genre, afin que, à partir des rapports mêmes des termes, à la fois l'argument soit découvert et <l'argument> découvert soit confirmé.

<§ 9> Certains cependant séparent tout à fait de la découverte et du jugement cette science et aussi <celles> des prédicaments ou bien des divisions ou des définitions ou encore des propositions et ne <les> reçoivent d'aucune manière dans les parties de la logique, quoique cependant ils les jugent nécessaires à toute la logique. À ceux-là certes tant l'autorité que la raison semblent contraires. Car Boèce sur les *Topiques* de Cicéron pose une double division de la dialectique, dont l'une et l'autre <partie> inclut ainsi l'autre tour à tour, de telle sorte que <ces deux parties> une à une comprennent toute la dialectique. La première <division> certes est par la science de découvrir et de juger, la deuxième par la science de diviser, de définir, de colliger. Lesquelles <divisions> aussi il <les> ramène ainsi l'une à l'autre, de

mentanti⁴³, primum ut inueniat argumenta per que arguat, deinde si quis ea calumniatur⁴⁴ tanquam uitiosa aut non satis firma, ea confirmare sciatur. Unde Tullius⁴⁵ inuentionem naturaliter priorem dicit. Ad utramque autem logice partem, maxime uero ad inuentionem, hec scientia⁴⁶ pertinet : et pars quedam est scientie inueniendi. Quomodo enim ex genere argumentum aut specie ceu⁴⁷ ceteris duci possit, nisi his que hic tractantur cognitae ? Unde ipse Aristoteles horum diffinitiones⁴⁸ in *Topicis* suis inducit, cum locos eorum tractat, sicut et Tullius in suis. Sed quoniam ex eisdem confirmatur argumentum ex quibus inuenitur, a iudicio non est aliena hec scientia. Sicut enim ex natura generis aut speciei trahitur argumentum, ita ex eadem confirmatur extractum. Considerans namque in homine, quantum ad animal, speciei naturam⁴⁹, ex ipsa statim argumentum ad probandum animal inuenio. Quod⁵⁰ si quis calumniatur⁵¹, ipsum statim argumentum idoneum ostendo assignans in eisdem speciei aut generis naturam⁵², ut, ex eisdem terminorum habitudinibus⁵³, et inueniatur argumentum et confirmetur inuentum.

<§ 9> Quidam tamen hanc scientiam necnon predicamentorum aut diuisionum seu diffinitionum uel etiam propositionum omnino ab inuentione et iudicio separant nec ullo modo in partibus logice recipiunt, cum tamen eas ad totam logicam necessarias iudicent⁵⁴. Quibus quidem tam auctoritas quam <ratio>⁵⁵ contraria uidetur⁵⁶. Boecius⁵⁷ namque super *Topica* Ciceronis duplicem diuisionem dialectice ponit, quarum utraque⁵⁸ ita alteram uicissim includit, ut singule totam dialecticam comprehendant. Prima quidem est per scientiam inueniendi et iudicandi, secunda per scientiam diuidendi, diffiniendi, colligendi. Quas etiam ad se

telle sorte que dans la science de découvrir, qui est un membre de la précédente division, il inclue aussi la science de diviser ou de définir, à savoir pour cela que tant des divisions que des définitions des arguments soient tirés. D'où aussi la science du genre et de l'espèce ou des autres <éléments> est par une raison similaire accommodée à la découverte. Boèce lui-même dit aussi que pour les débutants en logique le texte des *Prédicaments* se présente en premier parmi les livres d'Aristote. À partir de quoi il appert que les *Prédicaments* n'ont pas à être séparés de la logique, <eux> dans lesquels le lecteur a un introït de la logique, surtout vu que cette distinction des prédicaments fournit de très grandes forces pour argumenter, puisque par elle peut être confirmé de quelle nature chaque réalité est ou bien n'est pas. La propriété des propositions aussi n'est pas étrangère aux arguments, puisqu'elle prouve tantôt celle-ci tantôt celle-là ou bien comme la contraire ou la contradictoire ou de quelque manière autrement l'opposée. Parce que donc tous les traités de logique sont inclinés vers la fin de cette dernière, c'est-à-dire <vers> l'argumentation, nous ne retranchons d'aucun d'eux la science de la logique.

<0.3. LEMME ET EXPLICATION LITTÉRALE DE LA PREMIÈRE PHRASE DE L'ISAGOGE DE PORPHYRE>

<§ 10> Ces <précisions> offertes, suivons le texte.

<§ 11> *Puisqu'il est nécessaire* etc. Sur le point d'écrire relativement à la matière <Porphyre> met en avant un proème dans lequel à la fois il assigne la matière elle-même et l'utilité de l'ouvrage et promet un mode introductoire d'écriture, d'après ce que de ces <choses> les philosophes ont correctement pensé. Or il y a du <terme> 'nécessaire' trois significations courantes, à savoir quand tantôt il est posé pour 'inévitabile', comme il est nécessaire qu'une substance ne soit pas une qualité ; tantôt pour 'utile', comme <il est nécessaire> d'aller *au forum* ; tantôt pour 'déterminé', comme <il est nécessaire> que l'homme meurt un jour. *Les deux premières significations de 'nécessaire', quant à elles, sont de cette sorte qu'elles semblent entre elles rivaliser <concernant> qui d'elles peut être prise ici le plus convenablement. Car aussi la suprême nécessité est de*

inuicem ita reducit, ut in scientia inueniendi, quod unum membrum est prioris diuisionis, scientiam quoque diuidendi uel diffiniendi includat, pro eo scilicet quod tam ex diuisionibus quam ex diffinitionibus argumenta ducantur. Unde generis quoque scientia et speciei seu aliorum simili ratione inuentioni accomodatur. Ipse etiam Boecius⁵⁹ ingredientibus {fol. Iva} logicam primum ex Aristotelis libris textum *Predicamentorum* occurrere⁶⁰ dicit. Ex quo apparet *Predicamenta* a logica non separari, in quibus introitum logice lector habet, presertim cum distinctio illa predicamentorum uires argumentandi⁶¹ maximas ministret, cum per eam cuius nature unaqueque res sit aut non sit, ualeat confirmari. Propositionum quoque proprietas ab argumentis non est aliena, cum modo hanc⁶² <modo>⁶³ illam aut ut contrariam uel contradictoriam⁶⁴ seu quomodolibet aliter <oppositam>⁶⁵ probet. Quia itaque omnes tractatus logice ad finem eius, id est argumentationem, inclinantur, nullius⁶⁶ eorum scientiam logice⁶⁷ secludimus.

(éd. GEYER, p. 4, l. 18-p. 7, l. 24)

<§ 10> His prelibatis, litteram⁶⁸ insistamus.

<§ 11> *Cum sit necessarium* etc.⁶⁹ Scripturus de materia premitit⁷⁰ proemium⁷¹ in quo et materiam ipsam assignat⁷² et utilitatem operis et modum scribendi introductorium⁷³ promittit, iuxta hoc quod de his philosophi recte senserunt. Sunt autem 'necessarii'⁷⁴ tres consueue significationes⁷⁵, cum scilicet modo pro 'ineuitabili' ponitur, ut necesse est substantiam non esse qualitatem ; modo pro 'utili', ut ire *ad forum*⁷⁶ ; modo pro 'determinato', ut hominem quandoque mori. *Due uero prime 'necessarii'*⁷⁷ significationes huiusmodi sunt ut inter se certare uideantur, que earum conuenientius possit hic accipi⁷⁸. Nam et *summa necessitas* est hec prenosse, ut ad⁷⁹

savoir d'avance ces <choses>, afin que l'on *parvienne* à d'autres, puisque sans ces <choses> ces <autres> ne peuvent pas être sues, et <c'est> la claire utilité. Si quelqu'un toutefois porte diligemment attention à l'enchaînement du texte, il jugera que <cet ouvrage> est dit plus convenablement 'utile' qu' 'inévitabile'. Quand en effet <Porphyre> pose par rapport à quoi <l'ouvrage est> tel qu'il <le> dise 'nécessaire', entendant pour ainsi dire une certaine relation à autre <chose>, il suggère la signification de l'utilité. L' 'utile' en effet regarde vers autre <chose>, l' 'inévitabile' est dit par soi.

<§ 12> Construis ainsi : *il est nécessaire*, c'est-à-dire utile, *de savoir en effet ce qu'est le genre* etc., c'est-à-dire de quelle propriété sont les <éléments> un à un, ce qui est montré dans leurs définitions, lesquelles certes n'ont pas été assignées selon leur substance, mais selon leurs propriétés accidentelles. C'est qu'en effet le nom du genre et des autres <éléments> n'est pas désignatif de la substance, mais de l'accident. D'où nous prenons le 'ce qu'est' plutôt selon la propriété que <selon> la substance. *Et pour la* etc. : <Porphyre> pose quatre <choses> dans lesquelles il montre l'utilité quadrifide, comme nous <l'>avons mentionné ci-dessus, à savoir les prédicaments, les définitions, les divisions, les démonstrations, c'est-à-dire les argumentations, qui indiquent la question exposée. *Qui*, à savoir la science des prédicaments, *est chez Aristote*, c'est-à-dire est contenue dans son traité. Car aussi un livre est parfois désigné par le nom de l'auteur, comme Lucain. *Et pour l'assignation des définitions*, c'est-à-dire pour assigner et pour composer les définitions. *Et tout à fait* : aussi ces cinq <éléments> sont utiles pour ces <choses> qui sont dans la division ou la démonstration, soit <dans> l'argumentation. *Et Puisqu'il est nécessaire*, c'est-à-dire pour autant qu'il est utile de connaître ces <éléments>, *je tenterai de rassembler les <choses> qui ont été dites par les Anciens <en> t'en faisant la tradition*, c'est-à-dire le traitement, de la *spéculation de ces réalités*, c'est-à-dire <de> la considération de ces cinq <éléments>, je dis tradition 'condensée', c'est-à-dire moyennement brève. Ce qu'il expose aussitôt <en> disant : *brièvement* et *comme par un mode introductoire*. En effet trop de brièveté pourrait inférer une trop grande obscurité, d'après ce <mot>

*alia perveniatur*⁸⁰, cum sine his illa scribi non possint, et aperta utilitas. Si quis tamen seriem littere⁸¹ diligenter attendat, conuenientius 'utile' dici iudicabit quam 'ineuitabile'. Cum enim supponit⁸² ad quid⁸³ dicat 'necessarium', quasi ad aliud relationem quandam intendens, utilitatis significationem insinuat. 'Utile' enim ad aliud spectat, 'ineuitabile' per se dicitur.

<§ 12> Sic construe : *necessarium est*, id est utile, *nosse enim quid sit genus* etc.⁸⁴, id est cuius proprietatis sint singularia, quod in eorum diffinitionibus ostenditur, que quidem non secundum eorum substantiam assignate sunt, sed secundum eorum accidentales proprietates. Quippe generis nomen et ceterorum non substantie, sed accidentis designatiuum est. Unde illud 'quid'⁸⁵ magis secundum proprietatem quam substantiam accipimus. *Et ad eam* etc. : quattuor supponit⁸⁶, in quibus utilitatem quadrifariam ostendit, ut supra⁸⁷ meminimus, scilicet predicamenta, diffinitiones, diuisiones, demonstrationes, id est argumentationes, que propositam questionem demonstrant. *Que*, scilicet scientia predicamentorum, *est apud Aristotelem*, id est in tractatu eius continetur⁸⁸. Nam et liber quandoque⁸⁹ nomine auctoris designatur, ut Lucanus⁹⁰. *Et ad assignationem diffinitionum*, id est ad assignandas⁹¹ et ad componendas diffinitiones. *Et omnino* : etiam hec quinque sunt utilia *ad ea que in diuisione sunt uel demonstratione*, hoc⁹² est argumentatione. *Et Cum sit necessarium*, id est ad tot utile est nosse ista, *temptabo*⁹³ *agredi*⁹⁴ *ea que ab Antiquis dicta sunt faciens tibi traditionem*, id est tractatum, *de speculatione istarum rerum*, id est consideratione horum quinque, traditionem dico 'compendiosam', id est breuem mediocriter. Quod statim exponit dicens : *breuiter* et *uelut*⁹⁵ *introductorio*⁹⁶

d'Horace : « je m'efforce d'être bref, je deviens obscur ». D'où afin que le lecteur ne désespère pas à cause de la brièveté ou qu'il ne soit pas confondu à cause de la prolixité, il promet de se servir, en écrivant, d'un mode introductoire. Or de quelle façon cet ouvrage a de la valeur tant pour les prédicaments que pour les trois autres <que sont les définitions, les divisions et les démonstrations>, Boèce lui-même l'assigne assez diligemment, <points> que nous aussi toutefois nous toucherons brièvement.

<§ 13> Et premièrement montrons de quelle façon les traités un à un de ces cinq <éléments> conviennent aux prédicaments. La connaissance du genre se rapporte aux prédicaments en cela que là Aristote dispose les dix genres suprêmes de toutes <les choses>, <eux> dans lesquels il inclut l'universalité de toutes les réalités et dans lesquels dix noms il comprend les significations indéfinies <en nombre> de tous les autres noms de toutes les réalités, <puisque> l'on ne peut pas connaître de quelle façon ces <genres> sont les genres de toutes les autres <choses>, à moins de poser d'abord la connaissance des genres. La connaissance de l'espèce aussi n'est pas étrangère aux <prédicaments>, <elle> sans laquelle la connaissance du genre ne peut être non plus, vu qu'elles sont relatives : elles font naître mutuellement leur essence et <leur> connaissance. D'où aussi il est nécessaire qu'un <de ces éléments> soit défini par l'autre, comme aussi Porphyre lui-même l'atteste. La différence aussi, qui ajoutée au genre complète l'espèce, est nécessaire pour la distinction de l'espèce et en outre pour <celle> du genre, <car> posée dans la division de ce <genre, la différence> même montre la signification de ce dernier que contient l'espèce. Plusieurs <thèmes> aussi sont amenés par Aristote dans les *Prédicaments* où il s'agit de ces trois <éléments> — genre, espèce, différence — : à moins que ces <éléments> ne soient d'abord connus, ces <développements> ne peuvent être compris. Telle est cette règle : *Des divers genres* etc. La connaissance du propre aussi aide en cela qu'<Aristote> lui-même assigne les propres des prédicaments, *comme lorsqu'il dit que le propre de la substance est le fait que*, puisqu'elle est, *elle <est une chose> une et identique numériquement* etc. Afin donc que la nature du propre ne soit alors pas ignorée, elle devait à ce moment être

modo. Possit enim nimia breuitas nimiam obscuritatem inferre, iuxta illud Horatii : « Breuis esse laboro, obscurus fio »⁹⁷. Unde ne diffideret⁹⁸ lector ex breuitate seu confunderetur ex prolixitate, introductorium modum se seruare in scribendo promittit. Qualiter autem tam ad predicamenta quam ad alia tria hoc opus ualeat, ipse satis diligenter Boecius⁹⁹, assignat, que tamen et nos breuiter tangamus.

<§ 13> Ac primum ostendamus qualiter illorum¹⁰⁰ quinque singuli tractatus ad predicamenta conueniant¹⁰¹. Generis notitia in hoc¹⁰² ad predicamenta pertinet quod ibi Aristoteles decem genera suprema omnium disponit, in quibus omnium rerum **{fol. 1vb}** uniuersitatem includit atque in eis .X. nominibus omnium aliorum¹⁰³ nominum infinitas significationes comprehendit, que qualiter genera aliorum sint cognosci non¹⁰⁴ potest, nisi generum cognitione preposita. Speciei quoque cognitio non est ab eis aliena, sine qua nec generis potest esse cognitio, quippe cum¹⁰⁵ relatiua sint¹⁰⁶ : suam ab inuicem contrahunt¹⁰⁷ essentiam et cognitionem. Unde et alterum diffiniri per alterum necesse est, sicut et ipse testatur Porfirius¹⁰⁸. Differentia quoque, que adiuncta generi speciem complet, ad discretionem speciei necessaria est necnon¹⁰⁹ ad generis, in cuius posita diuisione eius significationem quam species continet, ipsa ostendit. Plura etiam ab Aristotele in *Predicamentis* inducuntur ubi de his tribus — genere, specie, differentia — agitur¹¹⁰ : que nisi precognita sint, ista¹¹¹ intelligi non possunt¹¹². Qualis est regula illa : *Diuersorum generum* etc.¹¹³ Proprii quoque cognitio in eo iuuat quod ipse predicamentorum propria assignat, *ut cum substantie dicit*¹¹⁴ *proprium esse quod cum sit unum et idem numero* etc.¹¹⁵ Ne igitur proprii natura tunc ignoraretur, demonstranda nunc erat. Illud tamen notandum quod tantum propria specialissimarum specierum

indiquée. Cela toutefois doit être noté que Porphyre traite seulement des propres des espèces spécialissimes, tandis qu'Aristotele investigate les propres des genres, mais toutefois par suite de la similitude de ces propres est aussi manifestée leur nature, parce que de la même manière ceux-là sont dits 'propres' des genres que ceux-ci des espèces, à savoir en cela qu'ils conviennent à *chaque* et à *<lui> seul et toujours*. Mais que la connaissance de l'accident ait beaucoup de valeur pour les prédicaments, qui *<en>* douterait, puisque dans neuf prédicaments *<quiconque>* retrouve les seuls accidents ? En outre Aristotele lui-même fréquemment et diligemment recherche les propriétés *des <choses> qui sont dans un sujet*, c'est-à-dire des accidents, à quoi se rapporte au premier chef le traité de l'accident. Pour la distinction aussi de la différence ou du propre la connaissance de l'accident est encore mise à profit, parce que ceux-là ne sont pas connus parfaitement, si n'est pas saisie la distinction de celui-ci.

<§ 14> Or maintenant montrons comment ont de la valeur les cinq mêmes <éléments> pour les définitions. Mais la définition *<est>* l'une substantielle, l'autre description. La substantielle certes, qui est de l'espèce seulement, prend le genre et les différences, et c'est pourquoi pour elle a de la valeur le traité tant du genre que de la différence que de l'espèce. La description, quant à elle, est fréquemment tirée des accidents, d'où pour elle a de la valeur au premier chef la connaissance de l'accident. Mais la connaissance du propre aide généralement pour toutes les définitions qui saisissent la similitude de ce <dernier> en cela qu'elles-mêmes aussi sont convertibles encore avec le défini.

<§ 15> Pour les divisions aussi ces cinq <éléments> sont tellement nécessaires que sans leur connaissance la division se fait plus par hasard que par raison. Ce qu'il faut regarder attentivement à travers les divisions une à une. Or il y a trois divisions 'selon soi', à savoir du genre, du tout et du mot ; en revanche trois 'selon l'accident', à savoir quand ou l'accident se divise en sujets ou les sujets *<se divisent>* en accidents ou l'accident *<se divise>* en accidents. Mais cette division qui est du genre tantôt se fait en espèces, tantôt en différences posées pour les espèces. D'où pour cette <division> conviennent tant le genre que l'espèce que la différence et les mê-

Porfirius tractat, Aristoteles uero propria generum inuestigat, sed tamen ex istorum priorum similitudine illorum quoque manifestatur natura, quia eodem modo illa dicuntur¹¹⁶ 'propria' generum quomodo ista specierum, eo scilicet quod *omni et soli et semper*¹¹⁷ conueniant. Quantum uero accidentis notitia¹¹⁸ ad predicamenta ualeat, quis dubitet, cum in nouem predicamentis sola accidentia reperiatur ? Preterea ipse Aristoteles frequenter¹¹⁹ et diligenter *eorum que in subiecto sunt*¹²⁰, id est accidentium, proprietates inquirat, ad quod precipue tractatus pertinet accidentis¹²¹. Ad discretionem quoque differentie uel proprii accidentis et¹²² proficit notitia, quia nec illa perfecte cognoscuntur, si istius discretio non teneatur.

<§ 14> Nunc autem quomodo eadem quinque ad diffinitiones ualeant, ostendamus¹²³. Diffinitio uero alia substantialis, alia descriptio¹²⁴. Substantialis quidem, que speciei tantum est, genus sumit¹²⁵ ac differentias, ideoque ad eam tam generis quam differentie quam speciei tractatus ualeat. Descriptio uero frequenter ab accidentibus trahitur, unde ad eam precipue accidentis cognitio ualeat. Proprii autem notitia generaliter ad omnes diffinitiones prodest que eius similitudinem in eo tenent¹²⁶ quod et ipse quoque ad diffinitum conuertuntur¹²⁷.

<§ 15> Ad diuisiones quoque adeo hec quinque necessaria sunt ut preter eorum notitiam casu potius quam ratione fiat diuisio¹²⁸. Quod per singulas diuisiones¹²⁹ inspiciendum est. Sunt autem tres diuisiones secundum se, generis scilicet, totius et uocis ; rursus tres secundum accidens, quando scilicet uel accidens in subiecta uel subiecta in accidentia uel accidens in accidentia diuiditur¹³⁰. Ea uero diuisio que generis est modo in specie fit, modo in differentias pro speciebus positas. Unde ad eam tam genus

mes <éléments> sont mis à profit pour la distinction de la division du tout et <de celle> du mot, lesquelles <divisions> certes, alors qu'elles se feraient, pourraient sembler être du genre, sauf si la nature du genre n'était d'abord connue, comme celle-ci que chaque genre est prédiqué des espèces une à une univoquement, tandis que le tout n'est pas prédiqué de <ses> composants un à un et le mot multiple ne convient pas univoquement à ses divisants. Par cela aussi ces <cinq éléments> aident beaucoup pour la division du mot équivoque, parce qu'ils étaient utiles pour les définitions, vu qu'à partir des définitions est connu ce qui est équivoque ou ce qui ne l'est pas. Pour cette division aussi qui est 'selon l'accident', la connaissance de l'accident, par lequel elle est elle-même constituée, est nécessaire, tandis que les autres <éléments> servent aussi à la distinction de cette même <division>, autrement nous diviserions ainsi le genre en espèces ou en différences, comme les accidents en sujets.

<§ 16> Pour découvrir aussi les argumentations ou pour <les> confirmer une fois découvertes, la connaissance de ces cinq <éléments>, comme nous <1>avons mentionné ci-dessus, a clairement de la valeur. Car aussi selon la nature du genre et de l'espèce ou des autres <éléments> et nous découvrirons des arguments et nous <les> confirmons une fois découverts. Or que Boèce en ce lieu appelle ces cinq <éléments> les 'sièges des syllogismes', contre cela il semble que nous ne voulons pas qu'ils soient les lieux dans la complexion parfaite des syllogismes. Mais assurément il utilise un vocable spécial pour genre, à savoir <en> posant syllogisme pour argumentation, autrement il diminuerait <son> utilité, s'il la dirigeait seulement vers les syllogismes et non généralement pour toutes argumentations, lesquelles sont similairement appelées 'démonstrations' par Porphyre. Les lieux peuvent encore, une fois parfaites aussi les complexions des syllogismes, d'une certaine manière être assignés, non pas afin qu'ils fassent eux-mêmes partie de ces <syllogismes>, mais parce qu'ils peuvent aussi être amenés pour leur évidence par la confirmation des enthymèmes qui sont conduits à partir d'eux. Mais maintenant ces <choses> ayant été montrées relativement à l'utilité, revenons-en au texte.

quam species quam differentia conueniunt eademque ad discretionem diuisionis totius et uocis proficiunt, que quidem, cum fierent, generis uideri possent, nisi generis natura precognita esset¹³¹, ueluti ea quod omne genus de singulis speciebus predicatur uniuoce, totum uero de componentibus [se]¹³² singillatim¹³³ non predicatur neque uox multiplex diuidentibus suis uniuoce conuenit. Per hoc etiam ad diuisionem equiuoce uocis hec plurimum prosunt, quia ad diffinitiones utilia erant, quippe ex diffinitionibus quid equiuocum sit uel non sit cognoscitur. Ad eam quoque diuisionem que secundum accidens est, accidentis cognitio, quo¹³⁴ ipsa constituitur, necessaria est, cetera uero ad discretionem ipsius quoque prosunt, alioquin ita¹³⁵ genus in species uel in¹³⁶ differentias diuideremus¹³⁷, sicut accidens in subiecta.

<§ 16> Ad inueniendas quoque argumentationes uel ad confirmandas inuentas, horum quinque notitia, ut supra¹³⁸ meminimus, aperte ualet¹³⁹. Nam et secundum generis et speciei naturam seu aliorum¹⁴⁰ et inuenimus argumenta et confirmamus inuenta. Quod¹⁴¹ autem Boecius¹⁴² hoc loco hec quinque 'sedes sillogismorum¹⁴³' appellat, contra hoc {fol. 2ra} uidetur quod nolumus esse locos in complexione perfecta sillogismorum¹⁴⁴. Sed profecto speciale uocabulum pro genere abutitur, sillogismum¹⁴⁵ scilicet pro argumentatione ponens¹⁴⁶, alioquin utilitatem minueret, si eam ad sillogismos¹⁴⁷ tantum dirigeret et non generaliter ad omnes argumentationes, que similiter a Porphyrio¹⁴⁸ 'demonstrationes' appellantur¹⁴⁹. Possunt etiam, perfectis quoque complexionibus sillogismorum¹⁵⁰, loci quodammodo assignari, non ut eorum per se sint, sed quia ad eorum quoque adduci euentiam possunt per confirmationem enthymematum¹⁵¹ que ex eis ducuntur. Nunc autem his de utilitate¹⁵² ostensis, ad literam¹⁵³ redeamus.

<§ 17> *Des <questions> certes les plus profondes* : comment il se sert d'un mode introductoire, il <le> pose, à savoir <en> s'abstenant des questions ardues et impliquées dans l'obscurité et <en> traitant les plus simples moyennement. Et il n'est pas vide <de sens> qu'il dise « moyennement » : une réalité en effet pourrait être facile en soi et cependant ne pas être traitée clairement.

<0.4. LA DEUXIÈME PHRASE DE PORPHYRE>

<0.4.1. LEMME COMMENTÉ DE LA DEUXIÈME PHRASE DE PORPHYRE>

<§ 18> *Pour le moment relativement aux genres* : ce que sont ces questions les plus profondes, <Porphyre en> détermine, bien que cependant il ne les résolve pas. Et relativement à l'un et l'autre <point> la cause est donnée, à savoir et qu'il passe outre <le fait> de les rechercher et <que> cependant il en fasse mention. La raison en effet pourquoi il ne traite pas de ces <questions est> que le lecteur inexpérimenté n'a pas la force pour les rechercher et les percevoir. Mais la raison pour laquelle il les remémore <est> afin qu'il ne rende pas le lecteur négligent. Si en effet il les avait tout à fait tués, le lecteur, pensant qu'il n'y a tout à fait plus rien d'autre à rechercher relativement à ces <questions>, mépriserait tout à fait leur recherche.

<0.4.2. ÉNUMÉRATION DES QUESTIONS QUE SOULÈVE LA DEUXIÈME PHRASE DE PORPHYRE À PROPOS DES UNIVERSAUX>

Or elles sont trois, comme Boèce dit, *mystérieuses* et *très utiles* et non pas *mises à l'épreuve* par peu de philosophes, mais *résolues* par peu. Or *la première est de cette sorte : les genres et les espèces subsistent-ils ou sont-ils posés dans les seules* etc. ?, comme s'il disait : ont-ils un vrai être ou consistent-ils seulement dans l'opinion ? Tandis que la seconde est, s'ils sont concédés être avec véacité : *sont-ils des essences corporelles ou incorporelles* ? Tandis que la troisième <est> : *sont-ils séparés des sensibles ou posés en eux* ? Car *il y a deux espèces d'incorporels*, parce que *les uns peuvent demeurer dans leur incorporéité à part des sensibles eux-mêmes, comme Dieu et l'âme, tandis que les autres ne peuvent nullement être à part des sensibles eux-mêmes*

<§ 17> *Altioribus quidem*¹⁵⁴ : quomodo introductorium modum seruet, supponit, abstinens scilicet a questionibus arduis et obscuritate implicitis et simpliciores tractans mediocriter. Nec uacat quod ait « *mediocriter* » : posset enim res esse facilis in se nec tamen dilucide¹⁵⁵ tractari.

(éd. GEYER, p. 7, l. 25-p. 8, l. 31)

(éd. GEYER, p. 7, l. 25-32)

<§ 18> *Mox de generibus*¹⁵⁶ : que sint altiores ille questiones, determinat, cum tamen eas non dissoluat. Et de utroque causa redditur, quod uidelicet et eas inquirere pretermittat et tamen de eis mentionem faciat. Ideo enim eas non tractat, quia rudis lector ad inquirendas eas et percipiendas non sufficit. Ideo autem easdem commemorat, ne lectorem neglegentem faciat. Si enim omnino eas tacuisset, lector, omnino nichil amplius de istis inquirendum¹⁵⁷ esse arbitrans, earum omnino inquisitionem despiceret.

(éd. GEYER, p. 7, l. 32-p. 8, l. 23)

Sunt autem tres, ut Boecius¹⁵⁸ dicit, *secrete* et *perutiles* et non a paucis philosophorum *temptate*¹⁵⁹, sed a paucis *dissolute*. *Prima autem est huiusmodi : utrum genera et species subsistant an sint posita in solis* etc.¹⁶⁰ ?, ac si diceret : utrum uerum esse habeant an tantum in opinione consistant ? *Secunda uero est, si concedantur ueraciter esse : utrum essentialiæ*¹⁶¹ *corporales sint <an incorporeales*¹⁶² ? *Tertia uero : utrum separata* sint¹⁶³ *a sensibilibus an in eis posita*¹⁶⁴ ? *Duae*¹⁶⁵ *sunt namque incorporeorum species, quia alia preter sensibilia*¹⁶⁶ *ipsa in sua incorporeitate permanere pos-*

dans lesquels ils sont, *comme la ligne sans corps* sujet.

Or ces questions <Porphyre> les parcourt ainsi <en> disant : *Pour le moment relativement aux genres et aux espèces, cela certes j'éviterai de <le> dire ou s'ils subsistent* etc. ou eux-mêmes <admis comme> *subsistants s'ils sont corporels ou incorporels et si eux-mêmes, puisqu'ils sont dits incorporels, sont séparés des sensibles* etc. <c'est-à-dire ou posés dans les sensibles> *et se maintenant autour de ces <choses>*.

Cela peut être pris de diverses manières. Ainsi en effet nous pouvons <le> prendre, comme si <Porphyre> disait : ces trois <choses>, c'est-à-dire les questions > posées ci-dessus relativement à ces <genres et espèces> « *j'éviterai d'en parler* » et de certaines autres « *se maintenant autour d'elles* », bien sûr <autour de> ces trois questions. Relativement à ces mêmes <genres et espèces> d'autres <questions> aussi peuvent être faites qui sont similairement difficiles, comme <l'>est celle relative à la cause commune de l'imposition des noms universels — cette <question> même est en l'occurrence : selon quoi les diverses réalités s'accordent-elles ? —, ou aussi la <question> relative à l'intellection des noms universels, par laquelle aucune réalité ne semble être conçue, ni ne <semble-t-on> avoir affaire à une quelconque réalité par un mot universel ; et de nombreuses autres <questions> difficiles.

Nous pouvons ainsi exposer « *et se maintenant autour de ces <choses>, c'est-à-dire des sensibles* », de telle sorte que nous ajoutions une quatrième question, à savoir : est-il nécessaire que et les genres et les espèces, aussi longtemps qu'ils sont genres et espèces, aient une certaine réalité sujette par nomination ? ou encore, même si les réalités nommées étaient détruites, est-ce qu'alors encore l'universel pourrait consister, <c'est-à-dire exister>, en vertu de la signification de l'intellection, comme ce nom 'rose' quand il n'y a plus de roses auxquelles il soit commun ? Mais de ces questions nous discuterons plus diligemment ci-dessous.

*sunt, ut Deus et anima, alia uero preter sensibilia*¹⁶⁷ ipsa in quibus sunt, nullatenus esse ualent, *ut linea absque subiecto corpore*¹⁶⁸.

Has autem questiones sic transcurrit dicens : *Mox de generibus et speciebus illud quidem dicere recusabo siue subsistant* etc. *siue ipsa subsistentia sint corporalia an incorporalia et utrum ipsa, cum incorporalia dicantur, separentur a sensibilibus* etc. *et circa ea constantia*¹⁶⁹.

Hoc diuersis modis accipi potest. Sic enim possimus accipere, ac si dicat : *hec tria supra posita de eis « recusabo dicere » et alia quedam « constantia circa ea »*, quippe istas tres questiones. Possunt et aliæ¹⁷⁰ fieri de eisdem que similiter difficiles sunt, sicut est illa de communi¹⁷¹ causa impositionis uniuersalium nominum — que ipsa sit secundum quod scilicet res diuerse conueniunt ? —, uel illa etiam de intellectu uniuersalium nominum, quo nulla res concipi uidetur, nec de aliqua re agi per uniuersalem¹⁷² uocem ; et aliæ multæ¹⁷³ difficiles.

Possimus sic exponere « *et circa <ea>*¹⁷⁴ *constantia* », ut quartam questionem adnectamus, scilicet : *utrum et genera et species, quamdiu genera et species sunt, necesse sit subiectam per nominationem rem aliquam habere ? an, ipsis quoque nominatis rebus destructis*¹⁷⁵, ex significatione intellectus tunc quoque possit uniuersale consistere, ut hoc nomen 'rosa'¹⁷⁶ quando nulla est rosarum quibus commune sit ? De his autem questionibus diligentius posterius disputabimus.

<0.4.3. EXPLICATION LITTÉRALE DE LA DEUXIÈME PHRASE DE PORPHYRE>

<§ 19> Mais poursuivons maintenant le texte du proème. Note, quand <Porphyre> dit : « *Pour le moment* », c'est-à-dire dans le présent traité, que cela il <l'>indique d'une certaine manière afin que le lecteur s'attende à ce que ces questions soient à solutionner ailleurs. *Très profond en effet*. Il pose la cause pour laquelle ici il s'abstient de ces questions, à savoir parce que les traiter est trop profond pour le lecteur qui ne peut s'y accrocher, ce qu'aussitôt il précise. *Et ayant besoin d'une plus grande recherche*, c'est qu'en effet, bien que l'auteur suffise pour solutionner, le lecteur ne suffit pas pour rechercher. *D'une plus grande recherche*, dis-je, que serait la tienne <toi lecteur>.

<0.5. TROISIÈME PHRASE (LEMME, EXPLICATION LITTÉRALE ET REMARQUE)>

Mais cela : une fois montrées les <choses> qu'il tait, <Porphyre> enseigne celles qu'il pose, à savoir ces <choses> que *relativement à ces <éléments>-ci*, en l'occurrence au genre et à l'espèce, et *relativement à ces trois autres <éléments> exposés*, les *Anciens*, non par l'âge certes, mais par le jugement, *ont traitées de façon probable*, c'est-à-dire de façon vraisemblable, à savoir dans lesquelles tous se sont accordés et <où> il n'y eut aucune dissension. Car dans les prédites questions à résoudre les uns jugeaient autrement et les autres autrement <encore>. D'où Boèce commémore qu'Aristote veut que les genres et les espèces subsistent seulement dans les sensibles, mais soient intelligés <comme> en dehors, tandis que Platon <veut> que ces <éléments> soient non seulement intelligés <comme> en dehors des sensibles, mais aussi soient vraiment <en dehors d'eux>. *Et parmi ces Anciens*, je dis, et *surtout les Péripatéticiens*, à savoir une partie de ces Anciens ; or <Porphyre> appelle 'Péripatéticiens' les dialecticiens ou n'importe quels argumentateurs.

<§ 20> Note encore que les <caractéristiques> qui conviennent aux proèmes peuvent en ce <proème> être assignées. En effet Boèce dit <dans son commentaire> sur les *Topiques* de Cicéron ainsi : « Tout proème, parce qu'il est envisagé pour disposer l'auditeur, comme il est dit dans les *Rhétoriques*, ou bien capte la bienveillance ou bien prépare l'at-

(éd. GEYER, p. 8, l. 24-31)

<§ 19> Sed nunc proemii¹⁷⁷ litteram¹⁷⁸ prosequamur. Nota, cum ait : « *Mox* », id est presenti tractatu, id eum quodammodo innuere ut alibi¹⁷⁹ soluendas has questiones lector expectet¹⁸⁰. *Altissimum enim*. Causam supponit quare hic ab his questionibus absteat, quia scilicet eas tractare altissimum est quantum ad lectorem qui ad eas perungere¹⁸¹ non possit, quod statim determinat. *Et maioris inquisitionis egens*, quippe, cum auctor¹⁸² sufficiat ad soluendum, lector non sufficit ad inquirendum. *Maioris*, inquam, *inquisitionis*, quam tua sit.

(éd. GEYER, p. 8, l. 31-p. 9, l. 11)

Illud uero : ostensis his que {**fol. 2rb**} reticet, docet ea que ponit, illa scilicet que *de his*, genere uidelicet et specie, *ac de aliis tribus propositis*, *Antiqui*, non etate quidem, sed sensu, *tractauerunt probabiliter*, id est uerisimiliter, in quibus scilicet omnes conuenerunt nec ulla fuit dissensio. Nam in predictis questionibus dissoluendis alii aliter et alii aliter sentiebant. Unde Boecius¹⁸³ *Aristotelem*¹⁸⁴ commemorat *genera et species in sensibilibus* tantum uelle *subsistere*, extra autem *intelligi*, *Platonem uero non solum ea extra sensibilia intelligi, uerum etiam esse*. *Et horum Antiqui*, dico, et *maxime Perypatetici*¹⁸⁵, pars scilicet horum *Antiquorum* ; 'Perypateticos'¹⁸⁶ autem *dialecticos*¹⁸⁷ seu quoslibet argumentatores¹⁸⁸ appellat¹⁸⁹.

<§ 20> Nota etiam que proemiis conueniunt in hoc posse assignari. Dicit¹⁹⁰ enim Boecius¹⁹¹ super *Topica* Ciceronis sic : « Omne proemium, quod ad componendum intenditur auditorem, ut in *Rhetoricis*¹⁹² dicitur, aut beneuolentiam captat aut attentionem preparat aut efficit

tention ou bien produit la docilité ». Il convient en effet qu'une de ces trois <choses> ou plusieurs simultanément soient dans tout proème ; or deux peuvent être notées dans celui-ci, la docilité certes, quand il offre la matière, qui est ces cinq <éléments>, et l'attention, quand il recommande le traité par suite de son utilité quadrifide relativement aux <choses> que les *Anciens* avaient instituées pour la doctrine de ces <éléments>, ou quand il promet le *mode de l'introduction*. La bienveillance, pour sa part, n'est pas nécessaire ici, quand la science n'est pas abhorrée pour celui qui en requiert le traité par Porphyre.

<I. PREMIÈRE QUESTION DIRECTRICE (QD1) : LES PROPRIÉTÉS QUI DISTINGUENT LES UNIVERSAUX DES SINGULIERS S'APPLIQUENT-ELLES SEULEMENT À DES MOTS (VOCES) OU BIEN AUSSI À DES CHOSES (RES) ?>

<§ 21> Or maintenant revenons, comme nous avons promis, aux questions posées ci-dessus et ces <questions> diligemment tout à la fois cherchons<-les> avec soin et solutionnons<-les>. Et puisqu'il est évident que les genres et les espèces sont des universaux, <genres et espèces> dans lesquels <Porphyre> touche la nature de tous les universaux généralement, nous ici distinguons communément <les propriétés> des universaux par <rapport aux> propriétés des singuliers et cherchons avec soin si ces <propriétés> s'accordent seulement avec des mots ou aussi avec des réalités.

<I.1. APORIE ET ARGUMENTS D'AUTORITÉ>

<§ 22> Or Aristote définit l'universel dans <son traité> *De l'herméneutique* : « ce qui est par nature apte à être prédiqué de plusieurs », tandis que Porphyre <définit> certes le singulier, c'est-à-dire l'individu : « ce qui est prédiqué d'un seul ». Cela tant aux réalités qu'aux mots l'autorité semble <l'>attribuer, aux réalités certes Aristote lui-même <l'attribue>, quand juste avant la définition de l'universel il avait avancé <cette affirmation> disant ainsi : « Or puisque certes des réalités les unes sont des universaux, tandis que les autres des singuliers ; or je dis 'universel' ce qui peut par nature être prédiqué de plusieurs, tandis que 'singulier' ce qui ne <le peut> pas » etc. Porphyre lui-même aussi, quand il a voulu que l'espèce soit confectionnée à partir du genre et de la différence, les a assignés dans la nature des

docilitatem ». Alterum enim horum trium uel plura¹⁹³ simul omni proemio inesse conuenit ; duo uero in hoc notari possunt, docilitas quidem, ubi materiam prelibat, que est illa quinque, et attentio, ubi ex utilitate quadrifaria¹⁹⁴ tractatum commendat de his que *Antiqui* ad horum instituerant doctrinam, uel ubi *modum introductionis* promittit¹⁹⁵. Beneuolentia uero hic non est necessaria, ubi non est perosa scientia ei qui tractatum eius a Porfirio requirit¹⁹⁶.

(éd. GEYER, p. 9, l. 12-17)

<§ 21> Nunc autem ad suprapositas questiones, ut promisimus, redeamus easque diligenter et perquiramus et soluamus. Et quoniam genera et species uniuersalia esse constat, in quibus omnium generaliter uniuersalium naturam tangit, nos hic communiter uniuersalium per singularium proprietates distinguamus et utrum he¹⁹⁷ solis uocibus¹⁹⁸ seu etiam rebus <conueniant>¹⁹⁹ perquiramus²⁰⁰.

(éd. GEYER, p. 9, l. 18-p. 10, l. 7)

<§ 22> Diffinit autem uniuersale Aristoteles²⁰¹ <in>²⁰² *Peryermenias*²⁰³ : « quod de pluribus natum est aptum predicari », Porfirius²⁰⁴ uero singulare quidem, id est indiuiduum : « quod de uno solo predicatur »²⁰⁵. Quod tam rebus quam uocibus adscribere uidetur auctoritas, rebus quidem ipse Aristoteles²⁰⁶, ubi ante uniuersalis diffinitionem statim premiserat sic dicens : « Quoniam autem hec quidem rerum sunt uniuersalia, illa uero singularia : dico autem 'uniuersale' quod de pluribus natum est predicari, 'singulare' uero quod non » etc. Ipse etiam Porfirius²⁰⁷, cum uoluit speciem ex genere et differentia confici, hec in rerum natura

réalités. À partir de ces <autorités> il est manifeste que les réalités elles-mêmes sont contenues sous le nom 'universel'.

<§ 23> Les noms sont aussi dits des 'universaux'. D'où Aristote : « Le genre et l'espèce, dit-il, déterminent une qualité par rapport à une substance : en effet ils signifient une certaine substance qualifiée ». Et Boèce dans le livre *Des divisions* : « Or c'est, dit-il, très utile de savoir qu'un genre est d'une certaine manière une <unique> similitude de nombreuses espèces, <similitude> qui montre l'accord substantiel de toutes ces <espèces> ». Or 'signifier' ou 'montrer' est <le fait> des mots, tandis qu'« être signifié » <est celui> des réalités. Et à nouveau : « Le vocable, dit-il, de 'nom' est prédiqué de plusieurs noms et d'une certaine manière est une espèce contenant sous elle des individus ». Mais il n'est pas dit proprement 'espèce', puisqu'un vocable n'est pas substantiel mais accidentel, toutefois il est indubitablement un universel, <lui> avec lequel la définition de l'universel s'accorde. À partir de quoi il est prouvé que les mots aussi sont universels, auxquels <mots> seulement est attribué d'être des termes prédicats des propositions.

<I.2. REFORMULATION DE QD1 : COMMENT ADAPTER LA DÉFINITION DE L'UNIVERSEL À DES CHOSES ?>

<§ 24> Or puisque tant les réalités que les mots semblent être dits 'universels', il faut demander de quelle façon la définition de l'universel peut être adaptée aux réalités.

<II. PRÉSENTATION ET DISCUSSION DES THÈSES RÉALISTES EXPLIQUANT POURQUOI ET COMMENT LES PROPRIÉTÉS DES UNIVERSAUX S'APPLIQUENT AUX CHOSES>
<II.0. LIMINAIRE>

Aucune réalité en effet ni aucune collection de réalités ne semble être prédiquée de plusieurs un à un, ce que la propriété de l'universel exige. En effet même si ce peuple, ou cette maison, ou Socrate, se dit de toutes ses parties simultanément, absolument personne toutefois ne les dit des 'universaux', puisque leur prédication ne vient pas jusqu'aux singuliers. Or une <unique> réalité beaucoup moins qu'une collection n'est prédiquée de plusieurs. Comment donc ils appellent un 'universel' une <unique>

assignait. Ex quibus manifestum est 'uniuersali' nomine res ipsas contineri.

<§ 23> 'Uniuersalia' quoque nomina dicuntur. Unde Aristoteles²⁰⁸ : « Genus <et species>, inquit, qualitatem circa substantiam determinant : qualem enim quandam <substantiam> significant²⁰⁹ ». Et Boecius²¹⁰ in libro *Diuisionum* : « Illud autem, inquit, scire perutile est quod genus una quodammodo multarum specierum similitudo est, que earum omnium substantialem conuenientiam monstrat ». 'Significare' autem uel 'monstrare' uocum est, 'significari' uero rerum. Et rursus : « Vocabulum, inquit, 'nominis' de pluribus nominibus predicatur et <est>²¹¹ quodammodo species sub se continens indiuidua »²¹². Non autem proprie 'species' dicitur, cum non sit substantiale sed accidentale uocabulum, uniuersale autem indubitanter est, cui uniuersalis diffinitio conuenit. Ex quo uoces quoque uniuersales esse conuincitur, quibus tantum predicatos terminos propositionum²¹³ esse adscribitur.

(éd. GEYER, p. 10, l. 8-9)

<§ 24> Cum autem tam res quam uoces 'uniuersales' dici uideantur, querendum est qualiter rebus diffinitio uniuersalis possit aptari.

(éd. GEYER, p. 10, l. 9-p. 16, l. 18)

(éd. GEYER, p. 10, l. 9-16)

Nulla enim res nec ulla collectio²¹⁴ rerum de pluribus singillatim predicari uidetur, quod proprietas uniuersalis²¹⁵ exigit. Nam etsi hic populus, uel hec domus, uel Socrates, de omnibus simul partibus suis dicatur, nemo tamen omnino ea 'uniuersalia' dicit, cum ad singularia predicatio eorum non ueniat. Una autem res multo minus quam collectio de pluribus predicatur. Quomodo ergo uel rem unam

réalité ou une collection, entendons<-le> et posons toutes les opinions de tous.

<II.1. LA THÉORIE DE L'ESSENCE MATÉRIELLE (=ThEm, PREMIÈRE THÉORIE DE GUILLAUME DE CHAMPEAUX)>

<II.1.1. PRÉSENTATION DE LA THÉORIE>

<§ 25> Certains en effet prennent la réalité universelle de telle façon qu'ils placent — dans des réalités diverses les unes des autres par <leurs> formes — une substance essentiellement identique, qui est l'essence matérielle des singuliers dans lesquels elle est ; et une en elle-même, elle est seulement diverse par les formes de <ses> inférieurs. Certes s'il arrivait que ces formes soient séparées, il n'y aurait entièrement aucune différence parmi les réalités, qui se distinguent les unes des autres seulement par la diversité de <leurs> formes, quoique <leur> matière soit entièrement essentiellement identique. Par exemple, dans les hommes un à un qui diffèrent numériquement, identique est la substance de l'homme, laquelle ici devient Platon par ces accidents-ci, là Socrate par ceux-là. Avec eux certes Porphyre semble au plus haut point assentir, quand il dit : « Par participation à l'espèce plusieurs hommes <sont> un, mais par les particuliers <l'homme> un et commun <est> plusieurs ». Et à nouveau : « 'Individuelles', affirme-t-il, sont dites <les choses> de cette sorte, puisque chacune d'elles consiste dans des propriétés dont la collection n'est pas en une autre ». Similairement aussi dans les animaux un à un qui diffèrent par l'espèce ils posent, essentiellement une et identique, la substance de l'animal, <substance> qu'ils tirent, par le fait d'être susceptible de diverses différences, vers diverses espèces, comme si à partir de cette cire je faisais tantôt une statue d'un homme tantôt d'un bœuf en adaptant diverses formes à une essence demeurant entièrement identique. C'est toutefois notable que la même cire ne constitue pas les statues en <un> même temps, comme il est concédé dans <le cas de> l'universel, à savoir parce que Boèce dit que l'universel <est> ainsi commun qu'en <un> même temps il est tout entier le même dans les diverses <choses> dont il constitue matériellement la substance, et bien qu'étant en soi universel, le même il devient singulier par les formes qui lui adviennent, <formes> sans lesquelles il subsiste naturellement en soi et en l'absence desquelles en aucune façon il ne

uel collectionem 'uniuersale' ²¹⁶ appellat, audiamus atque omnes omnium opinionones ponamus.

(éd. GEYER, p. 10, l. 17-p. 13, l. 17)

(éd. GEYER, p. 10, l. 17-p. 11, l. 9)

<§ 25> Quidam enim ita rem uniuersalem accipiunt ut — in rebus diuersis ab inuicem per formas — eandem essentialiter substantiam collocent, que singularium²¹⁷, in quibus est, materialis sit essentia ; et in se ipsa una, tantum per formas inferiorum sit diuersa. Quas quidem formas si²¹⁸ separari contingeret, {fol. 2va} nulla penitus differentia rerum esset, que formarum tantum diuersitate ab inuicem distant, cum sit penitus eadem essentialiter materia. Verbi gratia, in singulis hominibus numero differentibus, eadem est hominis substantia, que hic Plato per hec accidentia fit, ibi Socrates per illa. Quibus quidem Porfirius assentire maxime uidetur, cum ait : « Participacione speciei plures homines unus, particularibus²¹⁹ autem unus et communis plures »²²⁰. Et rursus : « 'Indiuidua', inquit, dicuntur huiusmodi, quoniam unumquodque eorum consistit²²¹ ex proprietatibus quarum collectio non est²²² in alio »²²³. Similiter et in singulis animalibus specie differentibus, unam et eandem essentialiter, animalis substantiam ponunt, quam per diuersarum differentiarum susceptionem in diuersas species trahunt, ueluti si ex hac cera modo statuam hominis, modo bouis faciam diuersas eidem penitus essentie manenti²²⁴ formas aptando²²⁵. Hoc tamen refert quod eodem tempore cera eadem statuas²²⁶ non constituit, sicut in uniuersali conceditur, quod scilicet uniuersale ita commune Boecius²²⁷ dicit ut eodem tempore idem totum sit in diuersis quorum substantiam materialiter constituat, et cum in se sit uniuersale, idem per aduenientes formas singulare fit²²⁸, sine quibus naturaliter in se subsistit et absque eis nullatenus actualiter permanet. Uni-

demeure en acte. Universel certes en <sa> nature, tandis que singulier en <son> acte, il est intelligé et incorporel certes et non sensible dans la simplicité de son universalité, tandis qu'en acte le même subsiste, corporel et sensible, par <ses> accidents ; aussi les mêmes <choses> — au témoignage de Boèce — et subsistent singulières et sont intelligées universelles.

<II.1.2. ARGUMENTS D'ABÉLARD CONTRE ThEm :>

<[a.1.]>

<[a.1.1]>

l'artisan : est-ce qu'elle est creuse pendant qu'il sait déjà dans son esprit la forme de l'œuvre future, quand la réalité ne se trouve pas encore ainsi ? Si nous le concédons, nous serons forcés de dire 'creuse' aussi la prévoyance de Dieu qu'il a eue avant la constitution de ses œuvres. Mais si quelqu'un dit cela quant à l'effet, à savoir que <Dieu> ne compléterait pas par <son> ouvrage ce qu'il prévoit, il est faux que sa prévoyance a été creuse. Mais si quelqu'un la dit 'creuse' à partir de là qu'elle ne concorderait pas encore avec le statut futur de la réalité, certes nous abhorrons <ces> très mauvais mots, mais nous ne brisons pas la thèse. Il est vrai en effet que le statut futur du monde n'était pas encore matériellement, pendant que <Dieu> disposait déjà intelligiblement le <statut> même encore futur. Mais nous n'avons pas l'habitude de dire 'creuse' ou la pensée ou la prévoyance de quelqu'un, sauf <celle> qui manque d'effet, et nous ne disons pas penser en vain, à moins de <penser> ces <choses> que nous ne compléterons pas par <notre> ouvrage. Et ainsi changeant les mots nous ne disons pas 'creuse' la prévoyance qui ne pense pas en vain, mais qui conçoit les <choses> qui ne sont pas encore matériellement comme si elles subsistaient, <ce> qui certes appartient naturellement à toutes les prévoyances. Oui la pensée des <choses> futures est dite 'prévoyance', <celle> des <choses> passées <est dite> 'mémoire', <celle> des <choses> présentes <est dite> proprement 'intelligence'. Mais si <quelqu'un> dit 'dupé' celui qui en prévoyant pense au statut futur comme déjà à un <statut> existant, lui-même plutôt est dupé qui estime qu'il faut <le> dire 'dupé'. Il n'est en effet pas dupé <celui> qui prévoit le futur, sauf s'il croit qu'il <en> est déjà ainsi comme il prévoit. Et en effet ce n'est pas la conception d'une réalité non existante qui fait <que quelqu'un est> dupé, mais <c'est> la croyance ajoutée. Même si en effet je pense <à> un corbeau rationnel et que cependant je ne crois pas <qu'il soit> ainsi, je ne suis pas dupé. Ainsi non plus celui qui prévoit, parce que ce qu'il pense comme déjà existant, il n'estime pas que <cela> existe ainsi, mais qu'il <le> pense ainsi présent, de telle sorte qu'il <le> pose présent dans le futur. Certes toute conception de l'esprit est comme relative au présent. Comme si je considère Socrate ou en ce qu'il a été enfant ou en ce qu'il sera vieillard, je

dum futuri operis iam formam animo tenet, cum nondum sic se res habet ? Quod si concedamus, etiam illam Dei providentiam quam ante operum suorum constitutionem habuit, 'cassam' dicere compellimur. Sed si quis hoc quantum ad effectum dicat, ut scilicet opere non compleret quod provideat, falsum est cassam fuisse providentiam. Si quis autem inde⁴⁹⁵ eam 'cassam' dicat quod nondum cum statu rei futuro concordaret, uerba quidem pessima abhorremus, sed sententiam non infringimus. Verum enim est quod nondum futurum mundi status materialiter esset, dum ipsum adhuc futurum iam disponebat intelligibiliter. 'Cassam' autem uel cogitationem uel providentiam alicuius dicere non solemus, nisi que effectu caret⁴⁹⁶, nec frustra cogitare dicimus, nisi ea que opere non complebimus. Verba itaque commutantes non 'cassam' providentiam dicamus que frustra non cogitat, sed concipientem que nondum materialiter sint tanquam subsistant⁴⁹⁷, quod quidem naturale est omnium providentiarum. Cogitatio nempe de futuris 'providentia' dicitur, de preteritis 'memoria', de presentibus⁴⁹⁸ proprie 'intelligentia'. Si autem 'deceptum' dicat eum qui de futuro statu quasi iam de existenti providendo cogitat, ipse potius, qui <'deceptum'>⁴⁹⁹ dicendum putat⁵⁰⁰, decipitur. Non enim qui futurum providet decipitur, nisi iam ita credat esse sicut providet. Neque enim conceptio non existentis rei deceptum facit, sed fides adhibita. Etsi enim cogitem coruum rationalem nec tamen ita credam, deceptus non sum. Sic nec providens, quia id quod quasi iam existens cogitat, non sic existere putat, sed sic ut presens cogitat⁵⁰¹, ut in futuro presens ponat. Omnis quippe animi conceptio quasi de presenti est. Ut si⁵⁰² considerem Socratem uel in eo quod puer fuit uel in eo quod senex erit, ei pueritiam⁵⁰³ uel senium quasi presentialiter copulo, quia eum presentialiter attendo in preterita uel

l'unis comme présentiellement à l'enfance ou à la vieillesse, parce que je porte présentiellement attention à lui sous l'aspect d'une propriété passée ou future. Personne cependant ne dit 'creuse' cette mémoire, parce que, <ce> qu'elle conçoit comme présent, elle <y> porte attention dans le passé. Mais il sera discuté plus pleinement de cela sur <le traité> *De l'herméneutique*.

<§ 67> Cela aussi relativement à Dieu est plus sainement solutionné <ainsi> : sa substance, qui seule est inchangeable et simple, n'est variée par aucunes conceptions des réalités ou par d'autres formes. Car même si l'habitude du langage humain a la présomption de parler du Créateur comme des créatures, en l'occurrence puisque <le langage> dit <le Créateur> même ou 'prévoyant' ou 'intelligent', rien cependant en lui ne doit être intelligé différent de lui-même ou pouvoir <l'>être, à savoir ni l'intellection ni une autre forme. Et c'est pourquoi toute question relative à l'intellection quant à Dieu est superflue. Mais si nous disons plus expressément la vérité, pour lui de prévoir les <choses> futures n'est rien d'autre que pour les <choses> futures de ne pas être cachées de lui, qui est la vraie raison en soi.

<(3) SUR LA FORMULE PORPHYRIENNE SOLIS, NUDIS, PURISQUE INTELLECTIBUS>

<§ 68> Or maintenant une fois montrées de nombreuses <choses> sur la nature de l'abstraction, revenons aux intellections des universaux, qu'il est toujours nécessaire de faire par abstraction. Car quand j'entends 'homme' ou 'blancheur' ou 'blanc', je ne me souviens pas à partir de la force du nom de toutes les natures ou propriétés qui sont dans les réalités sujettes, mais par 'homme' j'ai seulement une conception d'un animal et rationnel et mortel, non pas aussi des accidents postérieurs, cependant <c'est une conception> confuse, non pas distincte. Car aussi les intellections des singuliers se font par abstraction, à savoir quand on dit : 'cette substance', 'ce corps', 'cet animal', 'cet homme', 'cette blancheur', 'ce blanc'. Car par 'cet homme' je porte attention seulement à la nature de l'homme, mais sur un sujet précis, tandis que par 'homme' <je porte attention> certes à la même <nature purement et> simplement en elle-même, non pas sur un certain parmi les hommes. D'où à bon droit l'intellection des universaux

futura proprietate. 'Cassam' tamen nemo hanc dicit memoriam, quia, quod ut presens concipit, in preterito attendit. Sed de hoc super *Periermenias*⁵⁰⁴ plenius disputabitur⁵⁰⁵.

<§ 67> Illud quoque de Deo sanius soluitur : eius substantiam, que sola incommutabilis est ac simplex, nullis conceptionibus rerum uel formis aliis uariari. Nam licet consuetudo humani sermonis de creatore quasi de creaturis loqui presumat, cum uidelicet ipsum uel 'prouidentem' uel 'intelligentem' dicat, nichil tamen in eo diuersum ab ipso uel intelligi debet uel esse potest, nec intellectus scilicet nec alia forma. Atque ideo omnis questio de intellectu {fol. 4vb} quantum ad Deum superuacua est. Sed <si>⁵⁰⁶ expressius ueritatem loquimur, nichil aliud est eum futura prouidere quam ipsum, qui uera ratio in se est, futura non latere.

(éd. GEYER, p. 27, l. 18-34)

<§ 68> Nunc autem multis de natura abstractionis ostensis, ad intellectus universalium redeamus, quos semper per abstractionem fieri necesse est. Nam cum audio 'homo' uel 'albedo' uel 'album', non omnium naturarum uel proprietatum que in rebus subiectis sunt ex ui nominis recordor, sed tantum per 'homo' animalis et rationalis et⁵⁰⁷ mortalis, non etiam posteriorum accidentium conceptionem habeo, confusam tamen, non discretam. Nam et intellectus singularium per abstractionem fiunt, cum scilicet dicitur : 'hec substantia'⁵⁰⁸, 'hoc corpus', 'hoc animal', 'hic homo', 'hec albedo', 'hoc album'. Nam per 'hic homo' naturam tantum hominis, sed circa certum subiectum attendo, per 'homo' uero illam eandem simpliciter quidem in se, non circa aliquem de hominibus. Unde merito intellectus uniuers-

est dite 'seule' et 'nue' et 'pure' : 'seule' <c'est-à-dire 'isolée'> certes des sens, parce qu'elle ne perçoit pas la réalité comme sensible, mais 'nue' quant à l'abstraction des formes ou de toutes ou de certaines, 'pure' totalement quant à la distinction, parce qu'aucune réalité, qu'elle soit ou matière ou forme, n'est précisée en elle, selon que ci-dessus nous avons dit 'confuse' une conception de cette sorte.

<V. RÉPONSE FINALE AUX TROIS QUESTIONS DE PORPHYRE>

<§ 69> Et ainsi ces <choses> examinées venons-en aux questions à résoudre relativement aux genres et aux espèces exposées par Porphyre, <ce> que maintenant nous pouvons <faire> facilement, la nature de tous les universaux <ayant été> maintenant clarifiée.

<(1) RÉPONSE AU PREMIER PROBLÈME>

<(1.1) REFORMULATION DE LA QUESTION>

<§ 70> Et ainsi la première <question> de cette sorte était : est-ce que les *genres* et les *espèces subsistent*, c'est-à-dire signifient certaines <choses> vraiment existantes, ou *sont-ils posés dans une intellection seule* etc., c'est-à-dire sont-ils posés dans une opinion creuse sans réalité, comme ces noms chimère, bouc-cerf, qui n'engendrent pas une saine intelligence ?

<(1.2) RÉPONSE D'ABÉLARD>

<§ 71> À cela il faut répondre que <les genres et les espèces> signifient réellement par nomination des réalités vraiment existantes — à savoir les mêmes que les noms singuliers — et ils ne sont posés en aucune manière dans une opinion creuse ; cependant d'une certaine manière ils consistent en une intellection seule et nue et pure, comme il a été déterminé.

Mais rien ne fait obstacle si celui qui expose la question prend certains mots d'une façon en questionnant <et> celui qui solutionne <les prend> d'une autre façon en solutionnant, comme si celui qui solutionne disait ainsi : tu demandes s'ils sont posés dans une intellection seule etc. ; ce à quoi tu peux acquiescer parce que c'est vrai, comme ci-dessus nous <I'>avons déjà déterminé.

salium 'solus' et 'nudus' et 'purus'⁵⁰⁹ dicitur : 'solus' quidem a sensu, quia rem ut sensualem non percipit, 'nudus' uero quantum ad abstractionem formarum uel omnium uel aliquarum, 'purus' ex toto quantum ad discretionem, quia nulla res, siue materia sit siue forma, in eo certificatur, secundum quod superius⁵¹⁰ huiusmodi conceptionem 'confusam' diximus.

(éd. GEYER, p. 27, l. 35-p. 30, l. 5)

<§ 69> His itaque prelibatis ad absoluendas questiones de generibus et speciebus a Porfirio propositas ueniamus, quod facile iam possumus, omnium uniuersalium natura iam aperta.

(éd. GEYER, p. 27, l. 39-p. 28, l. 15)

(éd. GEYER, p. 27, l. 39-p. 28, l. 2)

<§ 70> Prima⁵¹¹ itaque huiusmodi erat : utrum *genera* et *species subsistant*, id est signifient aliqua uere existentia, an *sint posita in intellectu solo* etc.⁵¹², id est sint posita in opinione cassa sine re, sicut hec nomina chimera, hircocerus⁵¹³, que sanam intelligentiam non generant ?

(éd. GEYER, p. 28, l. 3-15)

<§ 71> Ad quod respondendum est quia re uera significant per⁵¹⁴ nominationem res uere⁵¹⁵ existentes — easdem scilicet quas singularia nomina — et nullo modo in opinione cassa sunt posita ; quodam tamen modo intellectu solo et nudo et puro, sicuti determinatum est⁵¹⁶, consistunt.

Nichil autem obest si proponens questionem aliter quasdam uoces accipiat in querendo, aliter qui soluit in soluendo, ac si diceret ita is qui soluit : queris utrum sint posita <in>⁵¹⁷ intellectu solo etc. ; quod ita potes accipere quod uerum est, ut supra iam determinauimus⁵¹⁸.

Les mots peuvent aussi être pris entièrement de la même manière partout, tant par celui qui solutionne que par celui qui questionne, et alors il y aura une <unique> question — non par des opposés — relativement aux précédents membres des deux questions dialectiques, à savoir de celles-ci : est-ce qu'ils sont ou ne sont pas ?, et de même : est-ce qu'ils sont posés dans des <intellections> seules et nues et pures ou non ?

<(2) RÉPONSE AU DEUXIÈME PROBLÈME>

<(2.1) REFORMULATION DE LA QUESTION>

<§ 72> La même <chose> peut être dite sur la deuxième <question>, qui est de cette sorte : est-ce qu'ils *sont* des subsistants *corporels ou incorporels* ?, c'est-à-dire, puisqu'il est concédé qu'ils signifient des subsistants : est-ce qu'ils signifient certains subsistants qui sont corporels ou qui sont incorporels ?

<(2.2) RÉPONSE D'ABÉLARD>

Assurément *tout ce qui est*, comme dit Boèce, ou bien <est> *corporel ou bien incorporel*, à savoir ou que nous prenions ces noms 'corporel' et 'incorporel' pour un corps substantiel et un non-corps ou pour ce qui peut être perçu par un sens corporel, comme homme, bois, blancheur, et <ce qui> ne <le> peut pas, comme âme, justice. 'Corporel' peut aussi être pris pour 'distinct', comme si l'on demandait ainsi : puisque <les genres et les espèces> signifient des subsistants, est-ce qu'ils les signifient distincts ou non distincts ? En effet celui qui recherche bien la vérité de la réalité porte non seulement attention aux <choses> qui peuvent être dites avec vérité, mais <aussi> à toutes celles qui peuvent être posées dans l'opinion. D'où même si pour quelqu'un il est certain qu'aucuns <subsistants> ne subsistent à part des distincts, toutefois parce qu'il pourrait y avoir l'opinion qu'il y en a d'autres, aussi ce n'est pas à tort que l'on se questionne relativement à eux. Et certes cette ultime acception de 'corporel' semble davantage accéder à la question, à savoir que l'on se questionne relativement aux <subsistants> distincts ou non distincts. Mais peut-être, quand Boèce dit que *tout ce qui est* ou est *corporel* ou *incorporel*, 'incorporel' semble être superflu, puisqu'aucun existant n'est incorporel, c'est-à-dire non distinct. Et

Possunt et eodem penitus modo uoces ubique accipi, tam ab soluente quam a querente, et tunc fiet una questio — non per opposita — de prioribus membris duarum dialecticarum questionum, harum scilicet : utrum sint uel non sint ?, et item : utrum sint posita in solis et nudis et puris uel non ?

(éd. GEYER, p. 28, l. 16-p. 29, l. 7)

(éd. GEYER, p. 28, l. 16-19)

<§ 72> Idem in secunda⁵¹⁹ dici potest, que est huiusmodi : utrum subsistentia sint *corporalia an incorporalia* ?, hoc est, cum concedantur significare subsistentia : utrum aliqua⁵²⁰ subsistentia significant que sint corporalia an que sint incorporalia ?

(éd. GEYER, p. 28, l. 19-p. 29, l. 7)

Quippe *omne quod est*, ut ait Boecius⁵²¹, *aut corporeum aut incorporeum*, siue scilicet hec nomina 'corporeum' et 'incorporeum' accipiamus pro corpore substantiali et non-corpore siue pro eo quod corporeo sensu percipi potest, ut homo, lignum, albedo, et⁵²² non potest, ut anima, iustitia. Potest etiam 'corporeum' accipi pro 'discreto', ac si ita queratur : cum significant subsistentia⁵²³, utrum significant ea⁵²⁴ <discreta uel non discreta>⁵²⁵ ? Qui enim rei ueritatem bene inuestigat non tantum attendit que uere dici possunt, sed quecumque in opinione poni possunt. Unde etsi alicui certum sit nulla subsistere preter discreta, quia tamen posset esse opinio ut alia essent⁵²⁶, non immerito et de eis queritur. Et hec quidem ultima acceptio 'corporei' magis ad questionem accedere uidetur, ut scilicet de discretis uel non discretis queratur. Sed fortasse, cum ait Boecius⁵²⁷ *omne quod est* uel *corporeum* esse uel *incorporeum*⁵²⁸, 'incorporeum' superfluere uidetur, cum nullum existens sit⁵²⁹ incorporeum, id est non discretum. Nec quicquam

rien de ce qui est amené à l'ordre des questions ne semble avoir de la valeur, sauf peut-être en cela que comme corporel et incorporel divisent dans l'autre signification les subsistants, ainsi aussi il semble <qu'ils les divisent> dans cette <signification>, comme si ainsi celui qui questionne disait : Je vois que parmi les existants les uns sont dits 'corporels', les autres 'incorporels', lesquels de ceux-là dirons-nous être ceux qui sont signifiés par les universaux ? À quoi l'on répond : les <existants> corporels d'une certaine manière, c'est-à-dire les distincts dans leur essence, et incorporels quant à la notation du nom universel, à savoir parce que ces <noms universels> ne <les> nomment pas distinctement et déterminément, mais confusément, comme ci-dessus nous <I>avons assez enseigné. D'où aussi les noms universels eux-mêmes et sont dits 'corporels' quant à la nature des réalités et 'incorporels' quant au mode de signification, parce que même s'ils nomment ces <existants> qui sont distincts, toutefois <ils> ne <les nomment> pas distinctement et déterminément.

<(3) RÉPONSE AU TROISIÈME PROBLÈME>

<§ 73> La troisième question, quant à elle, *si* les <genres et les espèces> sont *posés dans les sensibles* etc., découle de cela qu'ils sont concédés <être> incorporels, en l'occurrence parce que l'incorporel pris d'une certaine manière se divise par être dans le sensible et ne pas être <dans le sensible>, comme ci-dessus aussi nous <I>avons mentionné. Et les universaux sont dits subsister dans les sensibles, c'est-à-dire signifier une substance intrinsèque existant dans la réalité sensible à partir de formes extérieures et, quoiqu'ils signifient cette substance qui subsiste en acte dans la réalité sensible, cependant ils montrent cette même <substance> naturellement séparée de la réalité sensible, comme ci-dessus nous l'avons déterminé d'après Platon. D'où Boèce dit que les genres et les espèces sont intelligés — non pas qu'ils sont — à part des sensibles, à savoir en cela qu'avec la raison on porte attention aux réalités des genres et des espèces en elles-mêmes> quant à leur nature à part de toute sensibilité, parce qu'elles pourraient vraiment subsister en elles-mêmes, une fois écartées aussi les formes extérieures par lesquelles elles viennent aux sens. Car nous concédons que tous les genres ou espèces sont dans les réalités sensibles. Mais parce que l'intellection <des genres et des espèces> était

illud quod ad ordinem questionum⁵³⁰ inducitur ualere uidetur, nisi forte in eo quod sicut corporeum et incorporeum in alia significatione diuidunt subsistentia, ita et in hac uidetur, ac si ita is qui querit diceret : Video quod existentium alia dicuntur 'corporalia', alia 'incorporalia', que horum dicemus esse ea que ab uniuersalibus significantur⁵³¹ ? Cui respondetur : corporalia quodammodo, id est discreta in essentia sua, et incorporalia quantum ad uniuersalis nominis notationem, quod scilicet ea non discrete ac determinate nominant⁵³², sed confuse, ut supra⁵³³ satis docuimus. Unde et nomina ipsa uniuersalia et 'corporea' dicuntur quantum ad naturam rerum⁵³⁴ et 'incorporea' quantum ad modum significationis, quia etsi ea que discreta sunt nominant, non tamen discrete et determinate.

(éd. GEYER, p. 29, l. 8-26)

<§ 73> Tertia⁵³⁵ uero questio, *utrum* sint *posita in sensibilibus* et cætera⁵³⁶, ex eo descendit quod incorporea conceduntur, quia uidelicet incorporeum quodam modo acceptum {**fol. 5ra**} diuiditur per esse in⁵³⁷ sensibili et non esse, ut supra⁵³⁸ quoque meminimus. Et dicuntur uniuersalia subsistere in sensibilibus, id est significare intrinsecam substantiam existentem in re sensibili ex exterioribus formis et, cum eam substantiam significant que actualiter subsistit in re sensibili, eandem tamen naturaliter separatam a re sensibili demonstrant, sicut superius⁵³⁹ iuxta Platonem determinauimus. Unde Boecius⁵⁴⁰ genera et species intelligi preter sensibilia dicit, non esse, eo scilicet quod res generum et specierum quantum ad naturam suam rationaliter in se attenduntur preter⁵⁴¹ omnem sensualitatem, quia in se ipsis, remotis quoque exterioribus formis per quas ad sensus ueniunt, uere subsistere possent. Nam omnia genera uel species concedimus sensualibus inesse rebus. Sed quia intellectus eorum a sensu

toujours dite être ‘seule’ <c’est-à-dire ‘isolée’> par rapport à la sensation, ils ne semblaient être d’aucune manière dans les réalités sensibles. D’où à bon droit on demandait s’ils pouvaient être dans les sensibles ; et l’on répond relativement à certains qu’ils sont <dans les sensibles>, ainsi cependant qu’ils demeurent naturellement, comme on <l’>a dit, à part de la sensibilité.

<(4) RETOUR SUR LE DEUXIÈME PROBLÈME, NOUVELLE REFORMULATION ET NOUVELLE RÉPONSE>

<§ 74> Or nous pouvons dans la deuxième question prendre ‘corporel’ et ‘incorporel’ pour ‘sensible’ et ‘non sensible’, de telle sorte que l’ordre des questions soit plus convenant, et parce que l’intellection des universaux était dite être ‘seule’ <c’est-à-dire ‘isolée’> par rapport à la sensation’, comme on <l’>a dit, on a correctement demandé s’ils étaient sensibles ou non sensibles, et puisque l’on répondait que certains d’entre eux sont sensibles quant à la nature des réalités, et <que> les mêmes <sont> non sensibles quant au mode de signifier, à savoir parce qu’ils ne désignent pas les réalités sensibles qu’ils nomment de la manière dont elles sont senties, c’est-à-dire comme distinctes, et par leur monstration la sensation ne les repère pas, il restait la question <de savoir> si <les universaux> appelaient seulement les sensibles eux-mêmes ou aussi signifiaient quelque chose d’autre ; à quoi on répond qu’ils signifient et les sensibles eux-mêmes et simultanément cette conception commune que Priscien attribue au premier chef à la pensée divine.

<(5) RÉPONSE AU QUATRIÈME PROBLÈME AJOUTÉ PAR ABÉLARD AU QUESTIONNAIRE DE PORPHYRE>

<§ 75> *Et se maintenant autour de ces <choses>*. Selon cela que nous comprenons ici une quatrième question, comme ci-dessus nous <l’>avons mentionné, voici la solution : nous voulons qu’en aucune manière les noms ne soient universels <si les réalités nommées étaient détruites>, puisque, une fois leurs réalités détruites, ils ne sont désormais plus prédicables de plusieurs, vu qu’ils ne <sont> plus communs à aucunes réalités, comme le nom ‘rose’ lorsque désormais il ne demeure plus de roses, lequel <nom> cependant alors est encore significatif en vertu de l’intellection, même s’il manque de nomination, autrement il n’y aurait pas la proposition ‘aucune rose n’est’.

‘solus’ semper dicebatur⁵⁴², nullo modo in sensibilibus rebus esse uidebantur⁵⁴³. Unde merito querebatur an unquam⁵⁴⁴ possent in sensibilibus esse ; et respondetur de quibusdam quod sint, sic tamen ut preter sensualitatem, sicut dictum est⁵⁴⁵, naturaliter permaneant.

(éd. GEYER, p. 29, l. 27-38)

<§ 74> Possumus autem in secunda questione ‘corporeum’ et ‘incorporeum’ pro ‘sensibili’ et ‘insensibili’⁵⁴⁶ sumere, ut sit ordo questionum conuenientior⁵⁴⁷, et quia intellectus uniuersalium ‘solus a sensu’, ut dictum est⁵⁴⁸, dicebatur, questum recte est an sensibilia essent an insensibilia, et cum responderetur⁵⁴⁹ eorum quedam esse sensibilia quantum ad naturam rerum, eadem et insensibilia quantum ad modum significandi⁵⁵⁰, quia scilicet res sensibiles quas nominant non designant eo modo quo sentiuntur, id est ut discretas, nec per eorum demonstrationem sensus eas reperit, restabat questio utrum ipsa sensibilia tantum appellarent an etiam aliquid aliud significarent ; cui respondetur quod et sensibilia ipsa significant et simul communem illam conceptionem quam Priscianus⁵⁵¹ diuine menti precipue adscribit.

(éd. GEYER, p. 29, l. 39-p. 30, l. 5)

<§ 75> *Et circa ea constantia*. Secundum hoc quod hic quartam intelligimus questionem, ut supra⁵⁵² meminimus, hec est solutio : quod uniuersalia nomina nullo modo uolumus esse, cum, rebus eorum peremptis, iam de pluribus predicabilia non sint⁵⁵³, quippe nec ullis rebus communia, ut ‘rose’ nomen <non>⁵⁵⁴ iam permanentibus rosis, quod tamen tunc quoque ex intellectu significatiuum est, licet nominatione careat, alioquin propositio non esset ‘nulla rosa est’.

<VI. BILAN ET SYNTHÈSE>

<(1) JUSTIFICATION DU QUESTIONNAIRE DE PORPHYRE>

<§ 76> Or c'est bien relativement aux <mots> universels, non pas relativement aux mots singuliers, qu'étaient faites les questions, parce que l'on ne doutait pas tellement de la signification des <mots> singuliers. C'est que leur mode de signifier concordait bien avec le statut des réalités. Comme ces <réalités> en elles-mêmes sont distinctes, ainsi elles sont distinctement signifiées par les <mots singuliers> et leur intellection saisit une réalité précise, ce que les <mots> universels n'ont pas. En outre les <mots> universels, puisqu'ils ne signifiaient pas les réalités comme distinctes, ne semblaient pas non plus <les> signifier <comme des réalités> s'accordant, puisqu'il n'y a aucune réalité dans laquelle elles s'accordent, comme ci-dessus nous <l'>avons aussi enseigné. Et ainsi parce qu'il y avait un si grand doute relativement aux universaux, Porphyre a choisi de traiter des universaux seuls, excluant les singuliers de <son> intention, comme si par eux-mêmes <ils étaient> assez manifestes, même si cependant il les traite parfois incidemment en vue d'autres <choses>.

<(2) EXPLICATION DU PROBLÈME DES UNIVERSAUX : LE TRANSFERT DES PROPRIÉTÉS DE L'UNIVERSEL DES MOTS AUX CHOSES>

<§ 77> Mais il faut noter que, même si <ce sont> seuls des mots qu'inclut la définition de l'universel ou du genre ou de l'espèce, souvent toutefois ces noms sont transférés à leurs réalités, par exemple quand on dit que l'espèce se maintient à partir du genre et de la différence, c'est-à-dire la réalité de l'espèce à partir de la réalité du genre. Quand en effet on clarifie la nature des mots selon la signification, tantôt on traite des mots, tantôt des réalités et fréquemment les noms des <réalités> sont mutuellement transférés aux <mots>. D'où c'est surtout le traitement ambigu tant de la logique que de la grammaire par suite des transferts de noms qui a induit dans l'erreur de nombreuses <personnes> n'ayant pas bien distingué ou bien la propriété de l'imposition des noms ou bien l'abus de transfert.

(éd. GEYER, p. 30, l. 6-p. 32, l. 12)

(éd. GEYER, p. 30, l. 6-16)

<§ 76> Bene autem de uniuersalibus, non de singularibus uocibus, questiones fiebant, quia non ita de significatione singularium dubitabatur. Quippe modus eorum significandi bene cum statu rerum concordabat. Que sicut discrete in se sunt, ita discrete ab eis significantur et intellectus eorum rem certam tenet, quod uniuersalia non habent. Preterea uniuersalia, cum res ut discretas non significarent, nec conuenientes uidebantur significare, cum nulla sit res in qua conueniunt, ut supra⁵⁵⁵ quoque docuimus. Quia itaque tanta erat de uniuersalibus dubitatio, sola elegit Porfirius uniuersalia ad tractandum, singularia ab intentione excludens, quasi per se satis manifesta, licet ea tamen incidenter propter alia quandoque tractet.

(éd. GEYER, p. 30, l. 17-26)

<§ 77> Notandum uero quod, licet solas uoces diffinitio uniuersalis uel generis uel speciei includat, sepe tamen hec nomina ad res eorum transferuntur, ueluti cum dicitur species constare ex genere et differentia, hoc est res speciei ex re generis. Ubi enim uocum natura secundum significationem aperitur, modo de uocibus, modo de rebus agitur et frequenter harum nomina ad illas mutuo transferuntur. Unde maxime tractatus tam logice⁵⁵⁶ quam grammaticæ ex translationibus⁵⁵⁷ nominum ambiguus multos⁵⁵⁸ in errorem induxit non bene distinguentes aut proprietatem impositionis nominum aut abusionem translationis⁵⁵⁹.

<(3) DESCRIPTION ET CRITIQUE DE LA STRATÉGIE ARGUMENTATIVE DE BOÈCE À PARTIR DU PRINCIPE EXPLICATIF MIS EN PLACE EN (2)>

<CONCLUSION>

<§ 78> Or c'est surtout Boèce dans ses commentaires qui fait cette confusion par des transferts et au premier chef dans la recherche de ces questions, de telle sorte certes qu'il semble correct d'abandonner ce qu'il appelle genres ou bien espèces. Certes les questions de <Boèce>, nous aussi parcourons-<les> brièvement et appliquons-<les>, comme il importe, à la prédite théorie. Ici donc dans <son> investigation des questions, pour qu'il résolve mieux la réalité, d'abord il la perturbe par certaines questions et raisons sophistiques, afin qu'à partir d'elles il nous enseigne par la suite à <les> démêler. Et il fait connaître un tel inconvénient que tout soin et <toute> recherche relativement aux genres et aux espèces doivent être repoussés, comme s'il disait : parce que, en l'occurrence, les vocables 'genres' et 'espèces' ne peuvent pas être dits ce qu'ils semblent ou quant à la signification des réalités ou quant à l'intellection.

Or relativement à la signification des réalités <Boèce le> montre en cela que jamais une réalité, ou une ou multiple, ne se retrouve universelle, c'est-à-dire prédicable de plusieurs, comme lui-même <le> clarifie diligemment et <comme> ci-dessus nous <I>avons corroboré. Mais qu'une <unique> réalité ne soit pas universelle et partant ni un genre ni une espèce, <Boèce le> confirme premièrement <en> disant : tout ce qui est un, est numériquement un, c'est-à-dire distinct en <sa> propre essence ; mais les genres et les espèces, qui doivent être communs à plusieurs, ne peuvent pas être numériquement un, et ainsi ne <peuvent> pas <être> un. Mais parce que quelqu'un pourrait dire, contre <cette> hypothèse, qu'ils sont un tel 'un' numériquement que <ce 'un'> soit commun, <Boèce> lui enlève cette échappatoire <en> disant : chaque 'un' numériquement commun ou bien est commun par parties ou bien tout entier par succession des temps ou bien tout entier en <un> même temps, mais ainsi qu'il ne constitue pas les substances des <choses> auxquelles il est commun. Tous ces modes de communauté <Boèce> les écarte aussitôt tant du genre que de l'espèce <en> disant

(éd. GEYER, p. 30, l. 27-p. 32, l. 12)

<§ 78> Maxime autem Boecius in commentariis⁵⁶⁰ hanc confusionem per translationes⁵⁶¹ facit et precipue super inquisitiones harum questionum⁵⁶², ita quidem ut rectum relinquere uideatur quid genera uocet aut species⁵⁶³. Cuius quidem questiones⁵⁶⁴ et nos breuiter transcurramus atque ad predictam sententiam, sicut oportet, applicemus. Hic igitur in inuestigatione questionum, ut melius rem dissoluat⁵⁶⁵, prius eam per aliquas⁵⁶⁶ sophisticas questiones <et>⁵⁶⁷ rationes perturbat⁵⁶⁸, ut ab eis nos postmodum expedire doceat⁵⁶⁹. Et tale proponit inconueniens quod omnis cura et inquisitio de generibus et speciebus sit postponenda, ac si dicat : quia uidelicet 'genera' et 'species' ea que uidentur uocabula dici non possunt siue quantum ad rerum significationem siue quantum ad intellectum⁵⁷⁰.

De rerum autem significatione in eo ostendit quod numquam res, siue una siue multiplex, uniuersalis reperitur, id est predicabilis de pluribus, sicut ipse diligenter aperit⁵⁷¹ et nos superius⁵⁷² comprobauimus. Quod uero una res uniuersalis non sit atque ideo nec genus nec species, primo⁵⁷³ confirmat dicens **{fol. 5rb}** : omne quod unum est, unum numero est, id est discretum in propria essentia ; sed genera et species, que communia pluribus esse oportet, unum numero esse non possunt, atque ita nec unum⁵⁷⁴. Sed quia aliquis, <contra>⁵⁷⁵ assumptionem, dicere posset, quod sint tale 'unum' numero quod sit commune, hoc ei diffugium⁵⁷⁶ aufert dicens⁵⁷⁷ : omne 'unum' numero commune aut per partes commune esse aut per successionem temporum totum aut eodem tempore totum, sed ita quod non constituat eorum substantias quibus est commune. Quos omnes modos communitatis statim tam a genere quam a

que ces <derniers, genre et espèce, doivent> plutôt être ainsi rendus communs qu'ils soient tout entiers en <un> même temps dans les <choses> une à une et <qu>'ils constituent leur substance. C'est que les noms universels ne sont pas participés par parties par les diverses <choses> qu'ils nomment, mais tout entiers et complets ils sont en <un> même temps les noms des <choses> une à une. Ils peuvent aussi être dits constituer les substances des <choses> auxquelles ils sont communs ou en cela que par transfert ils signifient des réalités constituant d'autres <réalités>, comme 'animal' nomme, dans cheval ou dans homme, quelque chose qui est leur matière ou même <celle> des hommes <qui lui sont> inférieurs <c'est-à-dire qui sont contenus sous lui> ; ou en cela qu'ils sont dits confectionner la substance, parce que d'une certaine manière ils entrent dans le sens <donné à> ces <choses>, d'où ils leur sont dits <être> 'substantiels', vu que 'homme' note ce tout qui <est> un animal et rationnel et mortel.

<§ 79> Or après que Boèce a montré relativement à une <unique> réalité qu'elle n'est pas universelle, il <le> corrobore relativement à une <réalité> multiple, à savoir <en> montrant qu'une multitude de réalités distinctes n'est pas non plus une espèce ou bien un genre ; et il détruit la théorie selon laquelle quelqu'un pourrait dire que toutes les substances simultanément colligées sont ce genre 'substance' et tous les hommes cette espèce qu'est 'homme', comme si l'on disait ainsi : si nous posons que tout genre est une multitude de réalités s'accordant substantiellement, alors toute pareille multitude aura naturellement un autre <genre> au-dessus d'elle, et ce <genre en> aura à nouveau un autre <au-dessus de lui> jusqu'à l'infini, ce qui est un inconvenient.

Et ainsi il a été montré que les noms universels quant à la signification des réalités — ou d'une <unique réalité> ou d'une multiple — ne semblent pas être des universaux, à savoir puisqu'ils ne signifient aucune réalité universelle, c'est-à-dire prédicable de plusieurs.

<§ 80> Quant aussi à la signification de l'intellection, il argumente que ces <noms> ne doivent pas de là être dits des 'universaux', parce qu'il montre sophistiquement que cette intellection est vaine, à

specie remouet dicens⁵⁷⁸ ea potius ita communicari ut eodem tempore tota sint in singulis et eorum substantiam constituant. Quippe uniuersalia nomina non per partes a diuersis que nominant participantur, sed tota et integra singulorum sunt eodem tempore nomina. Substantias quoque eorum quibus communia sunt constituere dici possunt uel in eo quod per translationem⁵⁷⁹ significant res constituentes alias, ut 'animal' quiddam nominat in equo uel in homine quod materia est eorum uel etiam inferiorum hominum⁵⁸⁰ ; <uel>⁵⁸¹ in eo [quod]⁵⁸² substantiam conficere dicuntur, quod quodammodo in eorum sententiam ueniunt, unde 'substantialia' eis dicuntur, quippe 'homo' totum id notat quod animal et rationale et mortale.

<§ 79> Postquam autem Boecius de re una ostendit quod non sit uniuersalis⁵⁸³, comprobatur⁵⁸⁴ de multiplici⁵⁸⁵, ostendens scilicet nec multitudinem discretarum rerum speciem aut genus esse ; et illam destruit⁵⁸⁶ sententiam qua posset aliquis dicere omnes substantias simul collectas esse illud genus 'substantia'⁵⁸⁷ et omnes homines speciem illam que 'homo' est, ac si ita diceretur : si ponamus omne genus esse multitudinem rerum conuenientium substantialiter, omnis autem talis multitudo <habet>⁵⁸⁸ naturaliter aliud supra se, et illud rursus aliud habebit usque ad infinitum, quod <est>⁵⁸⁹ inconueniens.

Itaque ostensum est uniuersalia nomina quantum ad rerum significationem — siue unius⁵⁹⁰ siue multiplicis⁵⁹¹ — non uideri uniuersalia, cum nullam scilicet rem uniuersalem significant, id est de pluribus predicabilem.

<§ 80> Quantum etiam ad significationem intellectus, ea non debere 'uniuersalia' dici inde arguit, quod eum intellectum unum esse sophisticè ostendit,

savoir en cela qu'elle se trouve autrement que la réalité ne subsiste, puisqu'elle est par abstraction. Certes le nœud de ce sophisme et <Boèce> même et nous <l'>avons ci-dessus assez diligemment dénoué. Mais l'autre partie de l'argumentation par laquelle <Boèce> montre qu'il n'y a aucune réalité universelle, parce que <cette partie> n'était pas sophistique, il ne <l'>a pas jugée avoir besoin de <plus de> détermination. Il prend en effet 'réalité' comme une réalité, non comme un mot, à savoir parce qu'un mot commun, quoiqu'il soit en lui-même pour ainsi dire une <unique> réalité par essence, est commun par nomination dans l'appellation de nombreuses <choses>, à savoir <parce que> c'est selon cette appellation, non pas selon son essence, qu'il est prédicable de plusieurs. Cependant la multitude des réalités mêmes est la cause de l'universalité du nom, parce que, comme nous <l'>avons mentionné ci-dessus, il n'y a pas d'universel à moins qu'il ne contienne de nombreuses <choses>; cependant l'universalité qu'une réalité confère à un mot, la réalité ne <l'>a pas en elle-même, vu qu'aussi le mot n'a pas la signification grâce à la réalité et <que> le nom est jugé appellatif selon la multitude des réalités, quoique cependant nous ne disions pas que les réalités signifient ni qu'elles sont appellatives.

Traduction : Claude LAFLEUR et Joanne CARRIER

eo⁵⁹² scilicet quod aliter quam res subsistat habeatur, cum sit per abstractionem. Cuius quidem sophismatis nodum et ipse⁵⁹³ satis et nos diligenter superius⁵⁹⁴ absoluimus. Illam autem aliam partem argumentationis qua ostendit nullam rem uniuersalem esse⁵⁹⁵, quia sophistica non erat, determinatione non iudicauit indigere. 'Rem' enim ut rem, non ut uocem, accipit, quia scilicet uox communis, cum quasi una res essentia⁵⁹⁶ in se sit, communis est per nominationem in appellatione multorum, secundum quam scilicet appellationem, non secundum essentiam suam, de pluribus est predicabilis. Rerum tamen ipsarum multitudo est causa uniuersalitatatis nominis, quia, ut supra⁵⁹⁷ meminimus, non est uniuersale nisi quod⁵⁹⁸ multa continet; uniuersalitatem tamen quam res uoci confert, ipsa in se res non habet, quippe et significationem gratia rei uox non habet et appellatiuum nomen iudicatur secundum multitudinem rerum, cum tamen neque res significare dicamus neque esse appellatiuas.

Nouvelle édition du texte latin et traduction française inédite par Claude LAFLEUR et Joanne CARRIER d'après l'unique témoin manuscrit : Milano, Biblioteca Ambrosiana, M 63 sup.

* (*al. man. in marg. sup.*)

- ** Pour une juste compréhension de ce titre composite et des précisions sur sa traduction véritable (*Logique* « *Quant à nous qui commençons* »), voir, ci-dessus, nos remarques dans la section « À propos de l'édition et de la traduction ».
1. Cf. BOËCE, *In Isagogen Porphyrii Commentorum Editio prima*, I, 5 et 10, dans *Anicii Manlii Seuerini Boethii In Isagogen Porphyrii Commenta*, copiis a G. SCHEPSS comparatis suisque usus recensuit S. BRANDT, Vindobonae, Tempsky ; Lipsiae, Freytag (coll. « *Corpus Scriptorum Ecclesiasticorum Latinorum* », XLVIII), 1906, p. 12, l. 20-21 et p. 23, l. 21-23 : « [...] ingredientes ad logicam [...] » et « [...] ut ingredientium uiam ad obscurissimas rerum caligines aliquo quasi doctrinae lumine temperaret ». — Sur le sens à donner à l'incipit « *Ingredientibus nobis logicam* », voir à nouveau, ci-dessus, nos remarques dans la section « À propos de l'édition et de la traduction ».
 2. Cf. BOËCE, *In Isagogen Porphyrii Commentorum Editio prima*, I, 1 et 5 ; éd. BRANDT, p. 4, l. 17-18 et p. 14, l. 23 : « *Sex omnino [...] magistri in omni expositione praelibant* » et « [...] de his ipsis rebus pauca praelibare [...] ».
 3. Cf. BOËCE, *In Isagogen Porphyrii Commentorum Editio prima*, I, 3 ; éd. BRANDT, p. 7, l. 11-12 *sqq.* : « *Et prius quid sit ipsa philosophia, considerandum est [...]* ».
 4. BOËCE, *In Topica Ciceronis commentariorum libri sex*, I, dans *Manlii Seuerini Boetii Opera omnia*, Paris, Migne (coll. « *Patrologia Latina* » [désormais : *PL*], LXIV), 1847, col. 1044C-D : « *Cum philosophia maximis in rebus operam suam studiumque consumat [...]* ».
 5. *autem scripsimus cum ed. Geyer, p. 1, l. 8, secundum A₂ (fol. 73ra ; ed. Geyer p. 583, l. 25 ; ed. Ottaviano, p. 106) enim A*
 6. BOËCE, *In Isagogen Porphyrii Commentorum Editio secunda*, I, 3 ; éd. BRANDT, dans *op. cit.*, p. 140, l. 17-p. 141, l. 19, surtout, p. 140, l. 19-21 et p. 141, l. 15-16 : « [...] dicentes philosophiam indubitanter habere partes speculatiuam atque actiuam, de hac tertia rationali quaeritur an sit in parte ponenda [...] » et « [...] Quodsi in his tribus, id est speculatiua, actiua atque rationali, philosophia consistit [...] ». Le renvoi de Geyer (p. 1, n. 3) à la tripartition de la philosophie spéculative dans l'*Editio prima* (I, 3 ; éd. BRANDT, p. 8, l. 6 *sqq.*) est non pertinent, mais ce premier commentaire isagogique boécien contient une division bipartite de l'ensemble de la philosophie en spéculative et active (I, 3 ; éd. BRANDT, p. 7, l. 23-p. 9, l. 22), complétée par la mention de la philosophie rationnelle (I, 4 ; éd. BRANDT, p. 9, l. 23-p. 10, l. 2).
 7. *uitæ sic A (= uite)*
 8. Cf. BOËCE, *In Isagogen Porphyrii Commentorum Editio prima*, I, 4 ; éd. BRANDT, p. 9, l. 24-25 : « [...] fructus est artis eius quam Graeci λογικήν, nos rationalem possumus dicere [...] ».
 9. *philosophiæ sic A (= philosophiæ)*
 10. *partem scripsimus cum ed. Geyer (p. 1, l. 12) et cum A₂ (fol. 73ra ; ed. Geyer p. 585, l. 1 ; ed. Ottaviano, p. 110) partes A (lectio non signata a Geyer)*
 11. Globalement, BOËCE, *In Isagogen Porphyrii Commentorum Editio secunda*, I, 3 ; éd. BRANDT, p. 140, l. 13-p. 142, l. 16 ; plus précisément, p. 141, l. 20-p. 142, l. 16. Brève allusion aussi dans le premier commentaire : BOËCE, *In Isagogen Porphyrii Commentorum Editio prima*, I, 4 ; éd. BRANDT, p. 10, l. 2-5.
 12. *fiat scripsimus cum ed. Geyer (p. 1, l. 15) secundum A₂ (fol. 73ra ; ed. Geyer p. 585, l. 5 ; ed. Ottaviano, p. 110) fiant A*
 13. BOËCE, *In Isagogen Porphyrii Commentorum Editio secunda*, I, 3 ; éd. BRANDT, p. 142, l. 16-p. 143, l. 7.
 14. *nichil sic hic et alibi A*
 15. Cf. BOËCE, *In Isagogen Porphyrii Commentorum Editio secunda*, I, 3 ; éd. BRANDT, p. 142, l. 18-24.
 16. *phiscus sic A*
 17. *phisca sic A*
 18. *conscriptam scripsimus cum ed. Geyer (p. 2, l. 1) conscripta A*
 19. BOËCE, *In Topica Ciceronis commentariorum libri sex*, I, *PL*, t. LXIV, col. 1044D-1045A : « *Haec autem ratio nisi uia quadam processerit, saepe in multos necesse est labatur errores. Quod ne passim fieret, atque ut certis regulis tractatus insisteret, uisum est antiquae philosophiae ducibus, ut ipsarum ratiocinationum, quibus aliquid inquirendum esset, naturam penitus ante discuterent, ut his purgatis atque compositis, uel in speculatione ueritatis, uel in exercendis uirtutibus uteremur. Haec est igitur disciplina, quasi disserendi quaedam magistra, quam logicen Peripatetici ueteres appellauerunt, hanc Cicero definiens, disserendi diligentem rationem uocauit* ».

20. uagos *scripsimus cum ed. Geyer (p. 2, l. 3)*] uagas A
21. Cf. BOËCE, *In Isagogen Porphyrii Commentorum Editio secunda*, I, 2 ; éd. BRANDT, p. 139, l. 1-2 et 6-8 : « Quare necesse erat eos falli qui abiecta scientia disputandi de rerum natura perquirent » et « Cum igitur ueteres saepe multis lapsi erroribus falsa quaedam et sibimet contraria in disputatione colligerent [...] ».
22. hic *scripsimus cum ed. Geyer (p. 2, l. 8) secundum A₂ (fol. 73va ; ed. Geyer p. 587, l. 10 ; ed. Ottaviano, p. 113) et L (fol. 9ra ; ed. Geyer p. 508, l. 4)*] huius A
23. Cf. BOËCE, *In Isagogen Porphyrii Commentorum Editio prima*, I, 5 ; éd. BRANDT, p. 12, l. 16-p. 14, l. 3.
24. Periermeias *scripsimus (cf., e.g., § 40, 51, 66)*] Periermeias A
25. Analetica *sic A*
26. PORPHYRE, *Isagoge*, éd. du texte grec dans *Porphyrii Isagoge et in Aristotelis Categorias commentarium*, éd. A. BUSSE, Berlin, Reimer (coll. « Commentaria in Aristotelem Graeca » [dorénavant : CAG], IV, 1), 1887, p. 1, l. 1 ; *transl. Boethii dans Categoriarum Supplementa : Porphyrii Isagoge, translatio Boethii, et Anonymi Fragmentum vulgo vocatum « Liber Sex Principiorum »*, éd. L. MINIO-PALUELLO et B.G. DOD, Bruges, Paris, Desclée de Brouwer (coll. « Aristoteles Latinus » [dorénavant : AL], I, 6-7), 1966, p. 5, l. 1 : « Isagoge Porphyrii » ; cf. PORPHYRE, *Isagoge*, texte grec et latin, traduction par A. DE LIBERA et A.-P. SEGONDS, introduction et notes par A. DE LIBERA, Paris, Vrin (coll. « Sic et Non »), 1998, p. 1.
27. BOËCE, *In Isagogen Porphyrii Commentorum Editio secunda*, I, 4 ; éd. BRANDT, p. 143, l. 11-12 : « Titulo enim proponit Porphyrius introductionem se in Aristotelis Praedicamenta conscribere ». Cf. BOËCE, *In Isagogen Porphyrii Commentorum Editio prima*, I, 5 ; éd. BRANDT, p. 15, l. 1-4.
28. parti supponatur sA] supponatur parti pA (*inuersio non signata a Geyer*)
29. agnitionem *sic A (ed. Geyer, p. 2, l. 25, secundum A₂ [fol. 73va ; ed. Ottaviano, p. 115] et L [fol. 9va ; ed. Geyer p. 509, l. 13] : « cognitionem »)* — Cf. BOËCE, *In Isagogen Porphyrii Commentorum Editio secunda*, I, 6 ; éd. BRANDT, p. 151, l. 12 et p. 152, l. 4.
30. cætera *sic A (= cætera)*
31. ne *scripsimus cum ed. Geyer (p. 2, l. 29) secundum L (fol. 9vb ; ed. Geyer p. 509, l. 16)*] nec A om. A₂ (fol. 73va ; ed. Ottaviano, p. 116)
32. nominibus *scripsimus cum ed. Geyer (p. 2, l. 30) secundum A₂ (fol. 73va ; ed. Ottaviano, p. 116)*] rationibus A omnibus L (fol. 9vb ; ed. Geyer p. 509, l. 17)
33. sigillatim *sic A*
34. Voir, ci-dessus, dans le présent paragraphe.
35. sigillatim *sic A*
36. postmodum *scripsimus cum ed. Geyer (p. 3, l. 5-6)*] post modo A — voir, ci-dessous, § 12-16.
37. BOËCE, *In Isagogen Porphyrii Commentorum Editio secunda*, I, 5 ; éd. BRANDT, p. 147, l. 17-p. 158, l. 20.
38. dilexerimus A (*ed. Geyer, p. 3, l. 8-9 : « distinxerimus »*)
39. duæ *sic A (= duę)*
40. auctore *scripsimus cum ed. Geyer (p. 3, l. 9)*] autoræ A (= autorę ; *graphia non signata a Geyer*)
41. Littéralement : Tulle (Marcus Tullius Cicero). — CICÉRON, *Topica*, II, 6 ; éd. H. BORNECQUE, Paris, Les Belles Lettres (« Collection des Universités de France »), 1960, p. 69 : « Cum omnis ratio diligens disserendi duas habeat partis, unam inueniendi, alteram iudicandi [...] ».
42. BOËCE, *In Topica Ciceronis commentariorum libri sex*, I, PL, t. LXIV, col. 1044D-1045A ; ID., *In Isagogen Porphyrii Commentorum Editio secunda*, I, 2 ; éd. BRANDT, p. 139, l. 18-p. 140, l. 8.
43. argumentanti *scripsimus cum ed. Geyer (p. 3, l. 12) et cum ed. Ottaviano (p. 109)*] argumentatorum A argumentandi A₂ (fol. 73ra ; ed. Geyer p. 584, l. 33 : « argumentanti » ; ed. Ottaviano, p. 109 [« Ms. : argumentandi »])
44. calumniatur *scripsimus cum ed. Geyer (p. 3, l. 13)*] calumpniatur A (*et ed. Ottaviano, p. 109 ; graphia non signata a Geyer*) calumpniatur A₂ (fol. 73ra, ed. Geyer, p. 584, l. 36 [« calumpniatur »] ; ed. Ottaviano, p. 109 [« Ms. : calumpniatur »])
45. CICÉRON, *Topica*, II, 6 ; éd. BORNECQUE, p. 69 : « Inueniendi uero artem [...] et ad usum potior erat et ordine naturae certe prior [...] ».
46. scientia *scripsimus cum ed. Geyer (p. 3, l. 16)*] scienti A (*lectio non signata a Geyer*)
47. ceu *sic A (ed. Geyer, p. 3, l. 17 : « seu »)*
48. diffinitiones *sic hic et alibi A*

49. naturam *scripsimus cum ed. Geyer (p. 3, l. 24)]* natura A
50. Quod *scripsimus cum ed. Geyer (p. 3, l. 25)]* quam A
51. calumnietur *scripsimus cum ed. Geyer (p. 3, l. 25)]* calumpnietur A (*graphia non signata a Geyer*)
52. naturam *scripsimus cum ed. Geyer (p. 3, l. 27)]* natura A
53. ex eisdem terminorum habitudinibus *scripsimus cum ed. Geyer (p. 3, l. 27)]* exisdem terminorum habitudinibus A (*lectio notha non signata a Geyer*)
54. iudicent *scripsimus cum ed. Geyer (p. 3, l. 32)]* iudicetur A
55. ratio *suppleuimus cum ed. Geyer (p. 3, l. 33)] om. A*
56. contraria uidetur *sic A (cf. ed. Geyer, p. 3, l. 33)*
57. BOËCE, *In Topica Ciceronis commentariorum libri sex*, I, PL, t. LXIV, col. 1045B *sqq.*
58. utraque *scripsimus cum ed. Geyer (p. 3, l. 35)]* utramque A
59. Cf. BOËCE, *In Isagogen Porphyrii Commentorum Editio prima*, I, 5 ; éd. BRANDT, p. 12, l. 19-23 et p. 14, l. 1-2, plutôt que p. 14, l. 23-25, où l'on trouve cependant la leçon « occurrit ».
60. occurrere *scripsimus cum ed. Geyer (p. 4, l. 8)]* accurrere A (*lectio non signata a Geyer*)
61. argumentandi *scripsimus cum ed. Geyer (p. 4, l. 10-11)]* argumentorum audi A
62. hanc *scripsimus cum ed. Geyer (p. 4, l. 13)]* hec A
63. modo *suppleuimus cum ed. Geyer (p. 4, l. 13)] om. A*
64. contrariam uel contradictoriam *scripsimus cum ed. Geyer (p. 4, l. 14)]* contraria uel contradictoria A
65. oppositam *suppleuimus cum ed. Geyer (p. 4, l. 14-15)] om. A*
66. nullius *scripsimus cum ed. Geyer (p. 4, l. 16)]* non illius A
67. logice *sic A (post lacunam ; ed. Geyer, p. 4, l. 16 : « <a> logica »)*
